(7

DE

ARTIFICIBVS MONACHIS ET LAICIS

MEDII AEVI

SCRIPSIT

ANTONIVS HENRICVS SPRINGER.

BONNAE

APVD ADOLPHVM MARCVM.

A. MCCCLXI.

Omnes qui de historia artium medii aevi disputaverunt, uno tanquam ore eandem tulerunt sententiam, primis medii aevi temporibus usque ad saeculum tertium decimum monachos solos operibus construendis ingenium atque industriam adhibuisse, illos solos picturam coluisse, artisque plasticae gnaros extitisse.[1]) Quamvis in multis et magnis rerum medio aevo gestarum scrutatores discrepent: tamen artium notionem disciplinamque in coenobiis conservatas esse, omnes una et mente et voce consentiunt. Sunt, qui remotiorum saeculorum opera vilipendunt, sunt, qui artifices medii aevi magni aestimant: neque fautores neque inimici originem monasticam artium huius aevi in dubium vocant. Hi difformitatis sive exiguitatis operum causas monachorum

1) Joach Vadianus de collegiis monasteriisque Germaniae ap. Goldast SS. rerum alemanicarum III. p. 2, 25: »Ad operas autem ut revertamur, prope notius est, quam ut relatu opus sit, multis in monasteriis praeter opifices vulgares et librarios pictores et sculptores, quos graeci anaglyptas vocant, extitisse.«

Heideloff, Die Bauhütte des Mittelalters p. 4: Vorzugsweise waren es die Benedictiner Klöster, in welchen sich die alten deutschen Bauhütten bildeten. Die Vorsteher waren in der Regel selbst Baukünstler und wussten ihr Talent den Brüdern mitzutheilen. — ibid. p. 13: Fast bis zur letzten Hälfte des Mittelalters stand die Baukunst unter der ausschliesslichen Obhut der Bischöfe, Aebte und Mönche. Diese geweihten Baumeister waren auch damals fast ausschliesslich im Besitze aller Kunst und alles Wissens.

Schnaase, Gesch. d. bild K. IV. p. II. 34: Alle Kunst ging nur von der Kirche und von den Klöstern aus. Die Klöster und Domschulen waren die einzigen Bildungsstätten der Künstler. cf. ibid. IV. p. I. 299.

Wackernagel, Die deutsche Glasmalerei p. 24: Die Klöster waren die Werkstätten aller Kunstübung. ibid. p. 28: Bis weit in das Mittelalter herab wächst fast alle Kunstgeschichte aus der Geschichte der Klöster hervor und lange sind die Namen und die Werke, die sie zu nennen hat, lauter Mönchsnamen, sind Handarbeit von Mönchen.

Mittheilungen der k. k. Centralcommission zur Erforschung der Baudenkm. 1856, p. 193: Die Klöster waren im ausschliesslichen Besitze aller Kunstbildung und der Kirchenbau wurde bis in die Mitte des XIII. Jahrh. nur von der Geistlichkeit betrieben. — ibid. 1857. p. 68: Die kirchliche Baukunst war in der romanischen Stylperiode ein ausschliessliches Eigenthum des Klerus.

Didron, Annales archéologiques VI. p. 125: Les moines étaient non seulement les architectes, mais encore les maçons de leurs édifices. ibid. XV. p. 9: Pendant les siècles troublés, qui suivirent la dissolution du grand empire de Charlemagne, les arts trouvèrent dans les monastères un asyle et une protection. Ils y furent cultivés avec persévérance.

Lenoir, Architecture monastique. I. p. 34: Dès les premiers siècles chrétiennes jusque au XIIe et XIIIe siècle l'architecture n'était pratiquée que par de religieux. ibid. II. p. 426.

Viollet-le-Duc, Dictionnaire raisonné de l'architecture française I. p. 107: Les établissements religieux qui renfermaient dans leurs sein jusque vers la fin du XIIe siècle tout ce qu'il y avait d'hommes lettrés, savants studieux dans l'Occident, fournissaient très-probablement les architectes qui dirigeaient non seulement les constructions monastiques, mais aussi les constructions civiles et peut-être même militaires.

Cordero, Architettura durante le dominazione longobarda p. 158: Prima dell' instituzione delle compagnie erranti dei Liberi-muratori i monaci erano i migliori anzi i soli architetti di quei giorni.

Marchese, Memorie dei pittori, scultori ed architetti Domenicani. Prefaz: Niuno confidi, darci una storia delle arti nei tempi di mezzo senza studiare quelle meravigliose instituzioni monastiche, che tanti e si grandi servigi resero alla società. Conciosiaché i monaci non furono soltanto i più versati nelle scienze e nelle lettere ne' secoli recordati ma eziando i più periti nel dipingere, nello scolpire nell' architettare.

indolem arguunt, illi virtutis rationem in claustrali vita et monastica disciplina quaerunt, neutri tamen negant, eis saeculis, quae dissolutum Karoli Magni imperium secuta sunt, artes in monasteria tanquam in asyla confugisse, temporibus, odio quo omnia humana studia insectabantur, insignibus solos monachos clericosque artium tam liberalium[1]) quam mechanicarum amore accensos fuisse.

Aliis quidem aetatibus etiam monachos artibus colendis occupatos invenies. Claret e. g. inter architectos Italos saeculi tertii decimi frater Sixtus Ordinis S. Dominici, qui fratre Ristoro adiutus fabricam ecclesiae b. Mariae Novellae direxit, fratresque Iohannem Campensem et Iacobum olim Talenti continuatores operis habuit.[2]) Claret insignior frater Iohannes Angelicus Faesulanus pictores coaevos non solum morum sanctitate sed etiam artis venustate praecellens. Neque monachi soli, etiam moniales diversis temporibus artes technicas coluerunt, uti testantur Gertrudis von der Heyde, Dorothea Sporchem et Alheid Schraders conventuales et conversae monasterii Gozlariensis, quas saeculo decimo sexto, tempore Raffaeli et Dureri vixisse scimus.[3]) Inter nostrates denique, ut de caeteris taceam, nonnisi gratissimo animo Hugonem canonicum regularem in monte Sion Pragae triurbis, rhopographum satis ingeniosum recordari fas est. Tantum igitur abest, ut artificea monachos in remotioribus solum medii aevi saeculis reperias, ut qualibet aetate numero artificum singulos monachos addere possis. Sed tamen veteres a recentioribus artificibus clericis distingui apparet. Dum hi inde ab ineunte saeculo decimo tertio laicorum vestigia artificum sequuntur: contra ea aetate, quam vocant romanicam, monachi leges ferunt, unicam, qua artes propagantur, viam parant, artes ipsas natura atque indole monastica imbuunt. Arctissimo enim vinculo, quam artes prae se ferunt, ratio cum artificum vitae conditione connexa est.

Testimonio sunt artium ipsae vicissitudines. Novus ineunte saeculo decimo tertio aedificandi stilus initium sumit, architecturae romanicae gothica substituitur; in arte plastica eodem tempore staturae permutantur, alia et nova symmetriae ratio stabilitur.

Quid miraris? mutato artificum ordine artium natura mutatur. Clauduntur officinae in monasteriis olim institutae, recedunt clerici ab artibus colendis.[4]) Urbes nunc frequentes populis opibusque graviores aedificiis praeclaris et signis nobilibus replentur, cives vitam ornatiorem, humanitate perpolitam appetunt, fraternitates opificum non sordidis tantum artibus sed etiam ingenuis liberalibusque vacare assuescunt. Quarum fraternitatum indoles ut artis gothicae ingenium

---

1) Gödeke, Grundriss zur Gesch. d. deutschen Dichtung. I. §. 13: Geistliche sind die Träger der Literatur. §. 19: In den Klosterschulen war der Sitz der Gelehrsamkeit.

Ettmüller, S. Oswalds Leben in prooemio: »Wer hätte ausser den fleissigen und gelehrten Benedictinern jener Zeit (XII. Jahrh.) etwas in Wissenschaft und Kunst thun können oder mögen.«

2) Marchesi, Memorie I. c. 2 et 3.

3) Cronecken der Sassen ad. a. 1501: »Viele Oehrter und Wohnunge die alt und verfallen hat (die Abtissin Catharina Remstede von Lüneburg) auffputzen lassen, das vorhin unbewohnet und unbrauchbar, liess sie renoviren und mit Fenstern und bemahlen versehen, dass es mit Nutz des Klosters konte bewohnet werden. Das Mahlen oder Anstreichen verrichteten Gertrud von der Heyde und Dorothea Sporchem Klosters Conventualinne. In der Fenster Arbeit aber liess sich Alheid Schraders eine Bekehrte gebrauchen.«

4) Lenoir, arccitecture monastique I, p 35: Lorsque le style ogival vint remplacer celui des âges antérieurs, l'architecture sacrée passa des mains des religieux dans celles des laiques.

Schnaase, Gesch. d. b. K. IV. p. I. 299: Anders gestaltete sich die Sache im zwölften und dreizehnten Jahrhundert. Die Architectur ging aus den Händen der Geistlichkeit in die weltlicher Meister über.

explicat[1]), ita romanicae proprietas ex artificum statu et natura derivatur. Illos autem omnes tempore, quo ars romanica vigebat, paucissimis exceptis ordini clericorum sive monachorum adscriptor fuisse, res est notissima.

Quae enm ita sint, acta fortasse agere videar, argumentum amplexurus consensu omnium iam dudum probatum. Consensus eruditorum quamvis magni momenti, quaestionem tamen nullo modo solvere potest, nisi sententia amplissimis historiae testimoniis confirmata, quod factum esse quis asserere conabitur, qui sibi persuasit scriptores recentiores de artificibus monachis disserentes Fiorilli et Em. Davidis[2]) solum vestigia pressisse, hos autem non omnem solvendae quaestioni congessisse materiam. Neque quaestio ad finem perduci poterit, nisi artificum, sive monumentis ipsis inscripta inveniuntur eorum nomina sive in chartis adservantur, accuratior et plenior, quam vulgo factum est, recensus habitus fuerit.

Via sane longa, fortasse taediosa proponitur. Utinam artifices medii aevi magniloqui gloriaeque cupidiores fuissent et opera nominibus signassent! Monumenta autem raro loquuntur, plerumque anonyma sunt: chartas, historias, chronica coaevorum scriptorum perscrutari, in illis sparsa architectorum sculptorum pictorumque nomina colligere oportet. Sed nullo modo scriptoribus fides integra ita praestari potest ut omnes quos ecclesias aedificasse et exstruxisse, aedificia restaurasse affirmant artificibus adnumerari possint? Quod si faceres, vix ullus saeculi undecimi et duodecimi episcopus sive abbas catalogo deerit; quid, quod imperatores autem et reges, duces et milites, laici cuiusvis ordinis imo et foeminae numerum artificum mirum in modum augebunt. Quo tendat haec cautio, nonnulla e multis exempla probabunt.

„Karolus sepultus est Aquis in ecclesia quam ipse construxerat.“[3])

„Rex Otto simul cum matre ecclesias et monasteria construxit.“[4])

„Construxit b. regina Mathildis monasterium in Palidi.“[5])

„Liutprandus rex multas ecclesias per loca diversa construxit.“[6])

„Willehelmus dux Normannorum sepultus est in ecclesia S. Stephani Cadomi, quam ipse a fundamentis aedificaverat.“[7])

„Amelricus qui ecclesiolam a fundamentis construxerat in villa quae dicitur Stammheim, una cum uxore Eilburch eam tradit ad altare S. Martini.“[8])

„Ecclesia b. Mariae ampliata est per consilium Landulphi de Graecia militis praestantis et Connestabuli.“[9])

---

1) Viollet-le Duc, Dict. rais. II. p. 281: »Rien, en effet, aujourd'hui, si ce n'est peut-être le mouvement intellectuel et commercial qui couvre l'Europe des lignes de chemins de fer, ne peut donner l'idée de l'empressement avec lequel les populations urbaines se mirent à élever des cathédrales.« — p. 282: »Ce n'est pas aux couvents que les évêques vont demander leurs architectes, c'est a ces populations laiques dont les trésors apportés avec empressement vont servir à élever le premier édifice vraiment populaire en face du chateau féodal et qui finira par le vaincre.«

2) Fiorillo, Gesch. der zeichnenden Künste in Deutschland. 1815. I. p. 46 sqq. T. B. Émeric-David, histoire de la peinture au moyen-age 1842. p. 80 sqq.

3) Ademari hist. l. III. c. IX. ap. Pertz SS. IV. p. 118.

4) Vita Mathildis reginae c. 15. ibid. p. 292.

5) ibid.

6) Ekkehardi Chronicon univ. ap. Pertz SS. VI. pag. 150.

7) Ordericus Vitalis ap. Duchesne SS. hist. Norm. p. 282.

8) Urkundenbuch der Stadt Köln. I. p. 486.

9) Chronic. Falconis Benevent. ap. Muratori SS. V. p. 89.

„Petrus Urseolus ecclesiam S. Marci renovavit, quam Dominicus Cantareno postea (a. 1043) in forma, quae nunc cernitur restauravit.“ [1])

„Iohannes et Bonucius cives Termulenses eccl. S. Trinitatis construxerunt super mare. a. 972.“ [2])

Eosdem diversi ordinis viros, quorum opera architectonica scriptores laudant, ecclesias picturis, crucibus, candelabris, thuribulis, capsis pretiosis, campanis, velis et vestibus ornasse adfirmant. Reges et milites, episcopos et abbates una et pictores, aurifabros, campanarum fusores, textores exstitisse, vix credere possis. Hi sumtus solum suppeditarunt.

Nonne eadem ratione ambiguo sermone artium et religionis fautores, qui ecclesias, palatia, arces aedificari curaverunt, cum magistris aedificandi peritis, qui operibus praefuerunt, confunduntur?

Iuvabit observare, scriptores rerum medio aevo gestarum interdum loco auctoris eum laudare qui opus instigavit, vel impensas praebuit, vel cuius tempore monumentum factum est, etiam ubi artifex nequaquam lateret.

Servatur in bibliotheca Sangallensi tabula instar mappae ichnographicam totius monasterii delineationem continens hisce verbisque signata: „Haeç tibi dulcissime fili Gozberte, de positione officinarum paucis exemplata direxi.“ [3]) Nulla in inscriptione Einhardi sive Gerungi mentione facta, uni vel alteri ut plerumque fit, delineationem monasterii attribuere, non audemus: etiamsi incerti auctoris tamen minime abbatis Gozberti ingenio deberi ratum habemus. Tabula exarata et plane perfecta e partibus extraneis abbati mittitur. Abbas Gozbertus neque operi construendo praefuisse videtur teste Ermenrico monacho Augiensi, qui in libro de grammatica ad Grimoldum scribit: „Longum est sane per singulos nominatim velle discurrere quantos qualesque Dei famulos in omni arte et virtutum stemmate redimitos ibi viderim. Sed neqüe in aedificiis construendis ex omni materia tam industrios viros vel raro usquam repperi. Sicuti bene in nido apparet, quales volucres ibi inhabitant. Cerne basilicam et coenobii claustrum et non miraris quod refero. Et ne de omnibus sileam, quid est Winihardus nisi ipse Daedalus, vel quis Isenricus nisi Beseleel secundus, in cuius manu versatur semper dolabrum excepto quando stat ad altaris sacri ministerium.“ [4]) Male hoc testimonium convenit verbis Ekkehardi, qui in Casibus S. Galli abbatem Gozbertum „constructorem ecclesiae“ laudat, [5]) neque concordat cum versibus arcui triumphali olim inscriptis:

Templum quod Gallo Gotspertus struxerat almo
Hoc abbas Immo picturis compsit et auro. [6])

Fusorem fontis baptismalis in ecclesia S. Bartholomaei Leodii Lambertum quendam Patras Dinandensem fuisse, dubitare haud possumus. [7]) Scriptores coaevi contrarium affirmant dum abbati Hellino opus attribuunt. Floruit, narratur in Chronico monasterii S. Laurentii Leodiensis [8]), illo tempore vir nobilis Hellinus abbas S. Mariae qui fontes fecit in eadem ecclesia [9]) opere fusili. Idem in Chronico rhythmico Canonici Leodiensis [10]) de Abbate Hellino asseritur:

---

1) Cordero p. 129.
2) Leo Ost. Chron. M. Casinensis l. II. c. 5. ap. Pertz SS. VII. p. 633.
3) F. Keller, Bauriss des Klosters S. Gallen. p. 11.
4) Mabillon, Analecta p. 421.
5) Pertz SS. II. p. 66.
6) Keller p. 13.
7) Cahier et Martin, Melanges d'Archéologie IV. p. 100.
8) Martène et Durand, Ampliss. Coll. IV. p. 1081.
9) Fons baptismalis ex eccl. b. Mariae in S. Barthol. aedes sacras translatus est.
10) Pertz SS. XII. p. 419.

Fontes fecit opere fusili
Fusos arte vix comparabili.

Testimonio certissimo Wolfinus auctor antipendii aurei in basilica S. Ambrosii Mediolani probatur. Cernis in opere ipso et figuram et nomen magistri[1]); inscriptione tabulae altaris posterioris doceris, opus a praesulo Angilberto tantum dicatum esse: nihilominus Angilbertus in charta a. 835 edita artificis immemor sibi soli operis meritum attribuit, quasi ipse altare parasset: „Confirmo ecclesiam et altare, quod inibi noviter mirifice hedificavi.“[2])

Si monumentum, ut saepissime factum est, exstaret anonymum, aut si casu fortuito nomen artificis non esset conservatum, sine dubio in chartae fidem Angilbertum archiepiscopum aurifabrum peritissimum celebraremus.

His exemplis id opinor me effecisse, ut concedatur quaestionem non sine quadam levitate adhuc tractatam nondum absolutam esse et operae pretium me facturum, si accuratius in illam inquirere et artis monasticae vim et rationem certis finibus circumscribere coner.

Iam igitur statum et conditionem artificum medii aevi investigaturus, cum ars monastica revera aetate Karolingorum principium ducere sumatur, cui ordini artifices temporibus prioribus adscripti fuerint, nonnullis verbis exponam oportet. Praetereo prima artis christianae saecula; ecclesia oppressa raro tantum artificum opera exigebantur. Regnante vero Constantino M. in imperium evecta artes ad construendas et ornandas aedes sacras cupidissime sibi adiunxit, artifices cuiuscumque generis materiae undique coegit.[3]) Architectis quam plurimis opus erat, sed quia deficiebant, in provinciis ad hoc studium impellebantur, qui ad annos ferme duodeviginti nati, liberales litteras degustaverint. Quibus ut hoc gratum, tam ipsos quam eorum parentes ab oneribus quae personis iniungi solent, imperator immunes esse declarat, ipsisque qui discent salarium competens statuit.[4]) Praecipitur porro, artifices artium brevi subdito comprehensarum per civitates singulas morantes ab omnibus muneribus vacare; si quidem ediscendis artibus otium sit adcommodandum quo magis cupiant et ipsi peritiores fieri et suos filios erudire.[5]) Brevi autem comprehenduntur: architecti, laquearii, lapidarii, argentarii, structores, quadratarii, pictores, sculptores, statuarii, musivarii, marmorarii, deanratores, fusores blattiarii, aurifices, carpentarii, vitriarii, oburarii. Mechanici, geometrae et architecti immunitatibus gaudent[6]), picturae professores, si modo ingenui sunt, neque sui capitis censione neque uxorum aut etiam liberorum nomine tributis sunt munifici.[7])

Nullam de artificibus clericis haec edicta mentionem faciunt, alios nisi laicos non agnoscunt, ne numerus eorum in futurum diminuatur, scholis instituendis, privilegiis pollicendis, provident. Imperio occidentis everso artificum conditiones in Italia mutatas, consueta artificum collegia abrogata esse, historici iure contendunt.[8]) Neque barbari in Italiam irrumpentes, multos-

1) Heider et Eitelberger, Mittelalterl. Denkmale. II. p. 30.
2) Fumagalli Cod. diplom. S. Ambrosii p. 187.
3) Theodoretus, eccles. hist. l. I. c. 17. (edit. Paris. a. 1642 p. 564).
4) De excusationibus artificum c. 1. (Cod. Theodos. 13. t. 4.). ad. a. 334.
5) Ibid. c. 2.
6) Ibid. c. 3. ad. a. 344.
7) Ibid. c. 4. ad. a. 374.
8) Gregorii Magni Epp. l. IX. 102: »Filius noster vir magnif. Occilianus tribunus Hydruntinae civitatis ad nos veniens puerum unum Petrum nomine artis pistoriae ex iure germani nostri ad eum noscitur perduxisse. cf. Hegel, Gesch. d. Städteverfassung in Italien. I. p. 182.

que imperii provincias occupantes hoc efficiebant. Ingenio expedito destituti artes et artifices a victis Romanis petierunt.

Extollunt scriptores basilicas primis medii aevi saeculis apud Langobardos, Gallos, Anglos et Germanos „more Romanorum“ aedificatas [1]), illisque more Gallorum sive Scotorum fabricatas opponunt.[2]) Opera quadratis lapidibus a latomis artificiose constructa his verbis significantur, patrias ecclesiolas de robore secto compositas atque harundine tectas longe praecellentes. Morem Romanorum autem artifices romani sive italici propagaverunt, de quorum ordine laico iam supra monuimus. A Romanis artium disciplinam se accepisse, Gallorum et Francorum gens palam confitetur. Gloriatur enim saeculo sequenti, se non amplius romanis magistris indigere, indigenarumque artium peritiam atque ingenium magnificat. Testis est Venantius Fortunatus canens:

Launebodes enim post saecula longa ducatum
Dum gerit, instruxit culmina sancta loci.
Quod nullus veniens Romana gente fabricavit
Hoc vir barbarica prole peregit opus.[3])

Testes porro auctor incertus, vulgo Fridegod appellatus, qui ecclesiam Rothomagi b. Petro dicatam miro opere quadris lapidibus manu Gothica a primo Lothario rege olim Francorum nobiliter esse constructam narrat[4]) et Gregorius Turonensis, cuius verba sonant: „Basilicas S. Perpetui adustas incendio reperi, quas in illo nitore vel pingi vel exornari ut prius fuerant, artificum nostrorum opere imperavi.“ [5])

Francorum quidem tempore clerici artes ipsas exercere videntur, Perpetuus, Eufronius, Namatius a Gregorio Turonensi architecturae amantissimi laudantur.[6]) Etiamsi vero sermo mediaevus, qui inter „aedificare“ et „aedificari curare“ nullum discrimen statuit, non prematur, et illorum virorum cum abbate Leone [7]) aequalis architecturae peritia admittatur, tamen clericos solos artibus colendis industriam adhibuisse, nullo modo concedi potest.

„Coniux Namatii basilicam S. Stephani suburbano murorum Arverni aedificavit. Quam cum fucis colorum adornare vellet, tenebat librum in sinu suo legens historias actiones antiquas

1) Edict. Liutprandi App. Memoratorio de mercedes Comacinorum: IIII. Similiter romanense si fecerit, sic repotet sicut gallica opera ap. C. Bandi a Vesme: Edicta Regum Longob. Augustae Taurinorum 1855. p. 151. Opus gallicum videtur autori fuisse illa atate denominatio tabulatorum sive parietum ex asseribus aedes sapientium vel cellas dividentium; Romanense — i. e. tectum ex tegulis planis et testaceis tectum. —

Beda Ven. vitae Abb. Wiremuthensium ed. Giles 4, 366: Caementarios, qui lapideam sibi ecclesiam iuxta Romanorum morem facerent postulavit. cf Beda, hist. eccl. V. 22. .

Cosmas Pragensis (Pertz SS. IX. p. 47.) ad a. 932: Aedificavit civitatem more Romanorum.

Thiethmar Merseb. (Pertz SS. III. p. 740): Henricus opus Romanum muro decoravit lapideo. — Acta SS. O. S. B. IX. p. 745 hist. transl. S. Augustini: columnae romana elegantia constructae.

2) cf. supra Edict. Liutpr.; Beda Ven. hist. eccl. l. III. c. 25: Fecit (Firmianus ep.) ecclesiam more Scotorum non de lapide.

3) Venantius Fortunatus, l. II. carm. XII. (IX). De Launebode qui aedificavit templum S. Saturnini.

4) Vita S. Audoëni autore incerto, c. V. ap. Bolland. Acta SS. XXIV. Aug. p. 819.

5) historia eccl. Franc. l. X. c. 31.

6) ibid. l. II. c. 14: apud urbem Turonicam Perpetuus magnam basilicam fabricavit. — c. 15: basilica b. Symphoriani Augustodunensis Martyris ab Eufronio presbytero aedificata est. c. 16: S. Namatius ecclesiam suo studio fabricavit.

7) ibid. l. X. c. 31. Tertius decimus Leo ex abbate basilicae S. Martini ordinatur episcopus. Fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres holocryso tectas, ex quibus quaedam apud nos retinentur. In aliis etiam operibus elegans fuit.

pictoribus indicans quae in parietibus fingere deberent."[1]) Hos pictores a feemina directos clericis adnumerare vix poteris. Aliud exemplum e Ruricii ep. epistola ad Cerauniam sumitur. Mittit Ruricius rogatus a domina pictorem cum discipule, quamquam in servitio episcopi occupatum.[2]) Nullus de pictoris clericali statu sermo; ille aeque ac pictores Arvernenses artifex mercenarius fuisse probatur. Laicus porro censendus est Gundobaldus, regis Letharii nothus, qui exul Coloniam Agrippinam petiit, inde pulsus Italiam et byzantea litora pervagavit, ubi fortasse arte pictoria initiatus fuerat. In Galliam reversus artificis vitam duxit. Cum enim bello moto Gunthramus Convenis illum obsideret, „abscondebant se multi per cellem et cum Gundobalde saepius loquebantur inferentes ei convitia ac dicentes: „Tune es pictor ille qui tempore Chlotarii Regis per oratoria parietes atque cameras caraxabas?"[3]) Similiter et b. Eligius, quamvis ad maiorem in ecclesia dignitatem evectus, artificis educatione fruebatur, quidquid in artibus valuit, non ecclesiasticae dignitati sed educationi istae debens. „Qnum videret pater eius filii ingenium tradidit eum ad imbuendum honorabili viro, Abboni vocabulo, fabro aurifici probatissimo, qni eo tempore in urbe Lemovicina publicam fiscalis monetae officinam gerebat. Adolescens relicta patria Francorum adiit solum, ubi factus est notus cuidam regis thesaurarie, Bobbeni vocabulo, cuius se patrocinio committens, snb eius ditione degebat. Volebat rex Chletarius sellam urbane auro gemmisque fabricare; sed non inveniebatur in eius palatio, qui huiusmodi opus posset opere perficere. Quum sciret praefatus regis thesaurarins Eligii industriam, coepit eum explorare, si quomode epus optatum posset perficere et quum facile id apud eum fieri intellexisset, ingressus ad principem indicavit ei invenisse se artificem industrium, qui dispositum sine iunctamine aggrederetur eius operis artificium. — Fabricabat in usum regis utensilia quamplurima ex anro et gemmis: sedebat fabricans indefesse et contra eum Thille vernaculus eius ex genere Saxenice qui magistri sequens vestigia et ipse postmodum venerabilem vitam duxit."[4]) Laicos denique apud Germanos artifices exstitisse, ministerialibus servis adscriptos, docent Alamannorum, Burgundionum, Wisigothorum et Francorum leges, de compositiene agentes.[5]) Aurifices, fabri argentarii et ferrarii, carpentarii in curtibus villisque degebant, multifariis operibus occupati.[6])

---

1) Gregor. Turon. hist. eccl. Franc. l. II. c. 17.

2) Epist. l. II. 14 ap. Canisium Lect. antiq I. 389: Ut pictorem vobis antea non transmitterem, haec refecit quia adventu novi iudicis te occupatam esse credidi atque ita deterritam ut de his rebus cogitare non possis. Sed quae Deo propitio vos et litteris et relatione vestrorum ex sententia agere ac valere cognovi, salutatione praelata pictorem, quamlibet hic esset occupatus cum discipulo destinavi, quia malui meae detrahere necessitati unde vestrae satisfacerem petitioni.

3) Gregor Turon. hist. eccl. Franc. l. VI. c. 24; l. VII. c. 36.

4) D'Achery Spicil. II. p. 76. Vita S. Eligii. cf. Gesta Dagoberti c. 20. ap. Bouquet SS. II. p. 585.

5) Lex Alamana. Hlothariana (ed. Merkel) LXXXI. 7: Faber aurifex aut spatarius, qui publice probati sunt, occidatur, 40 sol. conponat.

Lex Burgund. (ed. Walter) tit. X.: Qui aurificem lectum occiderit CL sol. salvat; qui fabrum argentarium occiderit C sol. solvat; qui fabrum ferrarium occiderit, L sol. inferat; qui carpentarium bonum occiderit XL sol. solvat.

Lex Salica (ed. Merkel) XXXV. 5.: Si quis vassum ad ministerium quod est horogauo puella ad ministerium aut fabrum ferrarium vel aurifice aut porcario vel vinitorem aut stratorem furaverit aut occiderit, cui fuerit adprobatum, 12000 denarios qui faciunt sol. 30 culpabilis iudicetur. cf. Walter Rechtsgeschichte II. p. 10.

6) Lex Wisigoth. (ed. Walter) l. VII. tit. VI. 3. 4. Qui aurum ad facienda ornamenta susceperint et adulterint sive aeris aut argenti vel cuiuscunque vilioris metalli permixtione corruperit, pro fure teneatur. — Aurifices argentarii vel quicunque artifices, si de rebus sibi commissis aut traditis aliquid subtraxerunt pro fure teneantur.

Similem sed paulo magis excultam artificum conditionem apud Langobardos invenimus. Ad opera exstruenda magistri comacini sive casarii adducuntur, qui non solum architecturae romanae notitiam sed etiam romanorum opificum collegia servant, in Rotharis et Liutprandi edictis saepe occurrunt.[1]) Nomina artificum langobardorum, quae in chartis repperi adiungam omnia ut laicus illorum status clariore in luce ponatur.

a. 739: Rodpertus magister Comacinus. Instrumentum venditionis „Tuscana" actum ap. Brunetti Cod. diplom. tosc. I. no. XXXI.

a. c. 712—744: Ursus magister cum discipulis Iuvenntino et Iuviano. Inscr. in ciborii columna in Museo Veronensi servata ap. Maffei, Verona illustrata l. XI. p. I. p. 366.

a. 755: Anspertus pictor. Charta Lucensis[2]).

a. 756: Auripertus pictor, possessor domus et monasterii Lucae, a rege Aistulpho illi donatorum ap. Brunetti no. L et LVII.

a. 763: Cuntefredus aurifex, testis in oblatione eccl. S. Petri ad septem pinos ap. Brunetti no. LVIII.

a. 792—824: Arifusus aurifex filius quondam Aufusi, testis ap. Fumagalli Cod. diplom. S. Ambrosii. p. 90 et 143.

a. 792: Domenicus filius quondam Ariobaldi de Pastorini aurifex, testis ap. Fumagalli p. 90.

a. 792: Lobo et Bodo aurificos, testes ap. Fumagalli p. 90.

a. 805: Natalis homo transpadanus magister casarius, fundator ecclesiolae Lucensis ap. Bertini, Storia eccl. di Lucca t. II. doc. VI. facc. 9.

a. 807: Petronius aurifex de holle, testis ap. Brunetti no. LXVIII.

a. 807: Ilpinghi homo magister aurifex Lucensis[3]).

a. 824: Petrus aurifex filius quondam Galfrit Ticinensis, testis ap. Fumagalli p. 143.

a. 824: Martinus aurifex filius quondam Ansperti Ticinensis, testis ap. Fumagalli p. 143.

a. 867: Leo aurifex, testis ap. Fumagalli p. 395.

Cum hi artifices promiscue cum negotiantibus, fabris ferrariis opificibusque varii generis in chartis testimonia adferant, nullus eorum nomine clerici designetur, iure illos laicos fuisse concludimus.

Constat igitur artem laicorum in terris italicis atque gallicis dissoluto etiam imperio occidentali incolumem permansisse. Quae cum ita sint, etiam artifices, e Gallia et Italia in Angliam et Germaniam missos, laicos habeamus necesse est.

Unius anni spatio post fundatum monasterium Wiremuthense abbas Benedictus oceano

---

1) Edict. Rothar. CXLIV: Si magister comacinus cum collegantes suos cuiuscunque domum restaurandam vel fabricandam super se placito finito de mercede, susceperit et contigerit aliquem per ipsam domum aut materiam elapsum aut lapidem mori: non requiratur a domino cuius domum fuerit, nisi magister comacinus cum consortibus suis ipsum humicidium aut damnum componat. CXLV: Si quis magistros comacinos unum aut plures rogaverit aut conduxerit ad opera dictandi aut solatium diurnum prestandum inter servus suos domum aut casam faciendam et contigerit per ipsam casam aliquem ex ipsos comacinos mori, non requiratur ab ipsum cuius casa est. ap. C. Baudi a Vesme Edicta regum Longob. Augustae Taurinorum 1855.

2) Ozanam documents inédits p. 13.

3) Ibid. p. 13.

transmisso Galliam petens caementarios qui lapideam sibi ecclesiam iuxta Romanorum morem facerent postulavit. Paene perfecto opere misit legatarios in Galliam, qui vitri factores, artifices scilicet Brittanis tunc incognitos adducerent. Quae ne in Gallia quidem reperiri potuerunt, Romanis e finibus ecclesiae suae provisor impiger ornamenta vel monnmenta adtulit.[1])

Wilfridus abbas Hagulstensis (saec. VII) de Roma qnoque et Italia et Francia et de aliis terris nbicunque invenire posset caementarios et qnoslibet alios industrios artifices secum retinnerat et ad opera sua facienda in Angliam addnxerat.[2])

In Germania aeque atque in Anglia operariis italicis ecclesias aedificandas primis temporibus traditas esse, Rufi ad Nicetium ep. Trevir. epistola docet.[3]) Iam cum ad aetatem Karoli Magni perventum sit, opinio illa, qua artifices laicos abhinc ad opera exstruenda se minns aptos praestitisse vel qnod idem est, Italiam Galliamque, ubi ars laica catenns viguit, ab artibus colendis recessisse pntant, nota papae Hadriani ad Karolum Magnnm epistola firmari videtur, qua ad restaurandam basilicam divi Petri a rege Francorum magistros expetit.[4]) Omnino artificibus destitutam fuisse Italiam ex his litteris efficeretur, nisi de arte carpentaria sola in eis ageretur, quae in silvestribus regionibus septentrionalibus magis quam in Italia, latomorum ingenio celebrata, frequentabatur, contrarium autem aliis testimoniis probaretur.

Ad fabricam basilicae Aquisgranensis Karolns Magnus teste monacho Sangallensi[5]) de omnibus cismarinis regionibus i. e. italicis atque gallicis magistros et opifices omnium id genus artium convocavit, opere perfecto ad Angilbertum illos vel eorum discipulos „artifices doctissimos ligni et lapidis vitri et marmoris“[6]) misit; etiam Madalulphus pictor ecclesiae Cameracensis, qui modo hic modo illic artem suam exercuit[7]), et opifex ille, in aere praestantissimus magister, qui cum Tancone monacho S. Galli certamen iniit,[8]) laicorum prae se ferunt speciem. Angilberti fortasse et Einhardi[9]) abbatum de artibus promovendis merita obiiciantur; sed si omnia, quae scriptores de utroque narrant, concesserim — quamvis Angilbertus et fraudulentus ille

1) Beda, Vitae Abb. Wiremuthensium ed. Giles t. IV. p. 366: cf. ibid. p. 374: »Imagines quoque ad ornandum monasterium ecclesiamque beati Pauli nostri de concordia veteris et novi testamenti summa ratione compositas exhibuit. Verbi gratia, Isaac ligna quibus immolaretur portantem et Dominum crucem in qua pateretur aeque portantem, proxima super invicem regionem pictura coniunxit. Item serpenti in heremo a Moyse exaltato, filium hominis in cruce exaltatum comparavit.« Vetustissimum hoc typologiae exemplum amicissimus Heider in libro: Beiträge zur christlichen Typologie adferre neglexit. Aliud typologiae exemplum in claustro S. Albani depictum fuisse versibusque explicatum monasticon anglicanum I, 181 docet.

2) Richard. prior. Hagulst. 1 I. c. 5.

3) Dum suavissimis pietatis vestrae imperiis plena devotione famulari contendo, harum portitores artifices de partibus Italiae accitos et sacramentorum legationi securitate traditos ad vos transmisi ap. Hontheim Histor. Trevir. I. p. 37.

4) Ep. Hadriani P. P. ad Karolum, 2, LXI. ap. Duchesne III. p. 780: »De camarado autem quod est hyper chartosa ad renovandnm in basil. s. Petri nutritoris nostri prius nnum nobis dirigite magistrum, qui considerare debeat ipsum lignamen.«

5) Monach. S. Galli de vita Karoli M. I. c. 28. ap. Pertz SS. II. p. 744.

6) Chron. Centulense l. II. c. 2 ap. d'Achery Spicil. II. p. 303.

7) Chron. Fontanell. ap. d'Achery, Spicil. II. p. 281: (Ansegis) domum variis picturis decorari fecit in maceria et in laqueari a Madalulpho egregio pictore eccl. Camerac. cf. Pertz SS. II. p. 296.

8) Monach. S. Galli I. c. 29. ap. Pertz SS. II. p. 744.

9) Einhardi artium peritia imprimis epistola ad Vussinum filium (ap. Duchesne II. 701) probatur: Misi tibi verba et nomina obscura ex libris Vitruvii quae ad praesens occurrere poterant, ut eorum notitiam ibidem perquireres. Et credo, qnod eorum maxima pars tibi demonstrari possit in capsella, quam domnus E (Eigil?) columnis eburneis ad instar antiquorum operum fabricavit.

abbas cunctorum peritissimus ad executionem operis Aquisgrani a Karolo M. institutus[1]) magistri fabricae i. e. administratoris atque dispensatoris stipendiorum vices gessisse mihi videantur — certum est, Einhardum et Angilbertum aetate senili ad officium abbatis provectos, tum demum monachorum habitum induisse. Itaque neque educatione neque vitae ratione monachi sunt censendi. Cura aedificiorum construendorum sive reficiendorum e mandatis regum commissa erat episcopis, abbatibus, clericis, codem autem officio et duces comitesque fungebantur[2]), et quod notatu dignissimum est: artifices laici in quavis curti regali inveniebantur, ut e celeberrimo Capitulari de villis c. XLV patet: Volumus ut unus quisque iudex in suo ministerio bonos habeat artifices i. e. fabros ferrarios et aurifices vel argentarios, tornatores, carpentarios, scutatores.[3])

Ad summam artium indoles, artificum conditio aetate Karoli M. vix mutata est; Romanorum opera imitantes etiam rationem, qua antiquitus illa absolvebantur fideliter Germani servabant, quod artes a laicis excolebantur id nullo modo opprobrium artiumque dignitati contrarium habebant.

Unum solum artium genus excipiatur oportet, quod christianis demum temporibus ortum monachi praecipue coluisse videntur. In plurimis monasteriis scriptoria claustro adnexa reperiuntur ad scribas recipiendos,[4]) ubi monachi codices picturatos, scribae diligentia haud minus quam illuminatoris arte insignes exaraverunt. Accuratius autem de monachorum illuminandi arte statuere difficillimum est, cum plerumque in codicibus scribae tantum nomen notetur neque ordo illius utrum laicus, clericusne fuerit moneatur. Nonnulla exempla adferam.

Evangelarium, vulgo „Cuthberti liber" appellatum quod in museo brittanico asservatur scripserunt saec. octavo Endfrith, Oethelwald, Bilfrith et Aldred.[5])

Evangelarii, olim Tolosani (Heures de Charlemagne) novissimis temporibus Parisios in museum imperiale translati scriptorem versus sequentes docent:

Hoc opus eximium Francorum scribere Karolus
Rex pius egregia Hildegar cum coniuge iussit,
Quorum salvifico tueatur nomine vitas
Rex regum dominus coelorum gloria Christus.
Ultimus hoc famulus studuit complere Godescal.[6])

Scriptorem Psalterii (saec. IX) bibliothecae Viennensis testantur versus:

Aurea Daviticos en pingit littera cantus
  Ornari meruit tam bene tale melos.
Exigui famuli Dagulfi sume laborem
  Dignanter, docto nutis et ore lege.[7])

1) Monach. S. Galli I. c. 28. ap. Pertz SS. II. p. 744.

2) Ibid. c. 30: Si ecclesiae fuissent novae instituendae omnes episcopi et duces et comites, abbates etiam vel quicumque regalibus ecclesiis praesidentes cum universis qui publice consecuti sunt beneficia, a fundamentis usque ad culmen instantissimo labore perduxerunt. cf. Capitul. IV. a. 809 c. 5 et Capitulare a. 807 c. VII. ap. Baluze, Cap. reg. Franc. I. p. 612, 460.

3) cf. Baluze I. p. 337.

4) cf. hist. monast. Villariensis ap. Martène et Durand thes. nov. anecdott. III. p. 1292.

5) cf. Waagen, Künstler und Kunstwerke in England I. p. 134.

6) Bouquet II. p. 401.

7) Ibid. p. 402.

In biblia S. Calixti, a Karolo calvo fundata legitur:

Haec namque invenies praesenti pagina libro
Quem tibi quemque tuis Rex Carolus ore serenus
Offert Christe tuisque cliens et corde fidelis.
Eius ad imperium devoti pectoris artus
Ingobertus eram referens et scriba fidelis
Graphidas Ausonios aequans superansve tenore.[1])

„Hic calamus facto Liuthardi fine quievit", ultima pagina Psalterii Mettensis monet.[2])

Idem Liuthardus una cum fratre Beringaro scripsit Evangelarium S. Emmerani (bibl. Monac.) a rege Arnulfo a. 891 in Germaniam apportatum[3]).

Benedictionare pulcherrimum S. Aethelwoldi (saec. X) scripsisse se testatur ipse Godemanus monachus postea abbas Abbendonensis.[4])

De sua arte denique in codice non amplius noto gloriatur Heldricus abbas S. Germani Autissiodorensis:

Hoc pater Heldricus quod pinxerat ipse volumen
Summo pontificum Germano rite dicavit.[5])

Exceptis Heldrico et Ingoberto qui artifices italicos certamine superare conatur scriptorum solum nomina in codicibus picturatis reperiuntur, et fortasse qui codices scripserunt, iidem etiam illuminaverunt. De Scotis (hibernicis monachis) iure id sumitur, de gente illa „scripturis et magistris famosa"[6]), quorum scribendi ardor, peregrinandique paene in naturam conversa consuetudo iam coaevis innotuit[7]) quorumque manus omnis orbis miratus est.[8]) Haec monasteriis sine dubio debita picturae specimina si advocaveris ut artem monasticam prioribus medii aevi saeculis in universum dominatam esse probes, vereor ne a scopo aberres, cum illa a consueto stilo tantum abhorreant tantamque artis imperitiam manifestent et revera calligraphicae cuiusdam exercitationis speciem prae se ferant, ut potius monachos ab artibus colendis plane alienos fuisse inde deducere possis. Sed ne legentium mentem praeoccupare videar, antequam omnia ad rem iudicandam argumenta adlata fuerint, iamiam ad colligenda artificum qui a saeculo nono usque ad saeculum decimum tertium floruerunt nomina transeo et quidquid de ordine eorum sive monumenta ipsa, sive chartae et chronica docent tradam.

1) Mabillon, Iter Italicum p. 72.

2) Waagen, Künstler und Kunstwerke in Paris. p. 255.

3) Colom. Sanftl S. I. Dissertatio in aureum et pervetustum S. S. Evangeliorum Codicem ms. Monast. S. Emmerani. Ratisbonae 1786.

4) Archaeologia Brittanica XXIV. p. 24.

5) Mabillon Acta SS. O. S. B. I. LIII. p. 195: »Heldricus abbas S. Germani Autisiodorensis pingendi peritus erat, ut patet ex versibus in codice S. Germani a Pratis, cuius initio variae depictae imagines, in his Heldrici abbatis et pictoris, prostrati ad pedes S. Germani.«

6) Epitaph. Singeni ep. Menevensis ad. a. 1070.

7) Miracula S. Galli ap. Pertz SS. II. p. 30. cf. Wattenbach, Die Kongregation der Schottenklöster in Deutschland (Quast u. Otte Zeitschr. f. chr. Archäol. I. p. 28) et Keller, Bilder u. Schriftzüge in den irischen Manuscr. der schweizer. Biblioth. (Mitth. d. antiquar. Gesellsch. in Zürich VII. 1851).

8) Ekkehard. Cas. S. Galli ap. Pertz SS. II. p. 89.

A. Nomina artificum monumentis inscripta.

Saec. IX.

VVOLVINIS. MAGIST. PHABER in altari basil. S. Ambrosii.[1])

Saec. X.

CHRISTIANVS MAGISTER FECIT in bas. S. Praxedis Romae. Notatur hac inscriptione magister sepulcri quod Petrus Cardinalis presbyter titulo SS. Iohannis et Pauli sibi et Petro spirituali filio suo fieri fecit.[2])

FRATER GOZBERTVS EST ISTVD VAS OPERATVS ARTIS QVEM SOCIVM IVVIT PAR NOMINIS HVIVS ABSALON.

Inscr. in fonte baptismali quod (c. a. 950) fundi iussit Folcardus abbas S. Maximini Trever.[3])

Saec. XI.[4])

HENRICVS ME FECIT. Inscr. in crypta novi monasterii Wirceburgensis.[5]) Hoc nomine episcopum Henricum cuius temporibus novum monasterium aedificatum fuit, comprehendi vix credi potest.

SVA BVSKETIVM SPLENDIDA TEMPLA PROBANT.

Inscr. in eccl. maiori Pisis[6]).

HOC OPVS TAM MIRVM TAMQVE PRETIOSVM RAINALDVS PRVDENS OPERARIVS ET IPSE MAGISTER CONSTITVIT MIRE SOLERTER ET INGENVOSE.

Ibid. in fronte ecclesiae.[7])

Quas partes unus et alter in opere gesserint, incertum est.

ROMVALDVS.

Inscr. in sella episcopali Canosae in eccl. S. Sabinae. c. 1089.[8])

INGENIO CLARVS LANFRANCVS DOCTVS ET APTVS
EST OPERIS PRINCEPS HVIVS RECTORQVE MAGISTER.

Inscr. in eccl. maiori Mutinensi.[9])

INTER SCVLPTORES QVANTO SIS DIGNVS HONORE
CLARET SCVLPTVRA NVNC WILLIGELMI TVA.

Inscr. in fronte eccl. mai. Mutinensis.[10])

---

1) cf. Heider u. Eitelberger, Denkmale des österr. Kaiserstaates. II. p. 30.

2) Galetti, Inscriptiones Romanae infimae aetatis Romae extantes. II. p. CCCVI. cl. II. no. 221.

3) Hontheim, Prodromus. II. p. 1003.

4) Stauracii nomen, quod portis aereis basil. S. Pauli in via Ostiensi inscriptum legebatur (Agincourt Scult. tab. XX) caeteris adiungere, vetat origo artificis orientalis. Idem de Simone Syriaco notandum est, cuius nomen portae basil. Amalfitanae inscriptum monet Camera. cf. D'Avino, Cenni storici p. 14 Quast u. Otte Zeitschr. f. chr. Archaeol. II. p. 97.

5) Niedermeyer, Kunstgesch. der Stadt Wirzburg. p. 38.

6) Morrona, Pisa illustrata I. 122.

7) Morrona p. 158.

8) cf. Duc de Luynes. Recherches sur les monuments des Normands et de la maison de Souabe dans l'Italie meridionale. pl. X.

9) cf. Wiener Bauzeitung Notizenblatt 1848, Muratori SS. VI. p. 88. Translatio S. Geminiani.

10) Cicognara storia della scult. l. III. c. 2. p. 109.

OPVS QVOD VIDETIS BONVS AMICVS MAGISTER FECIT.

Inscr. epistylii in campo sancto Pisis. Eadem Inscriptio in pilario marmoreo prope Senas detecto legitur.[1])

GIRALDVS FECIT ISTAS PORTAS.

Inscr. in bas. S. Vrsini Bituricae.[2])

Saec. XII.

ORA P. ILLVMINATORE MIROZLAO. A. MCII.

Legitur p. 457 in codice: Mater verborum, a Vacerado scripto et in museo bohemico servato.[3])

LIVTPREHT.

Inscr. in columna cryptae Frisingensis.[4])

HAPTMANNVS STATVAM FFCIT BASISQVE FIGVRAM.

Inscr. in capitello columnae in atrio eccl. maioris Gozlariensis. Nota litteras graecas latinis immixtas. Non solum litteras sed etiam artem a Graecis (in Italia?) didicit Hartmannus: in monstro enim, quod capitello insculpsit, Gorgonis caput artifex finxisse videtur.[5])

RIQVIN. ME FEC...

Inscr. in tab. vicesima portae eccl. Neogradensis.[6])

OTTO FECIT.

Inscr. in reliquario, olim in thesauro ducis Henrici, nunc in museo Guelfico Hanoverae servato.[7])

EILBERTVS COLONIENSIS ME FECIT.

Inscr. in altari portatili in museo Guelfico.[8])

RIGINALD.

Inscr. in reliquario Coloniensi, quod a. 1181 in mon. Grandimontem translatum est.[9])

NICOLAVS OPVS VIRDVNENSIS FABRICAVIT.

Inscr. altaris olim Verdunensis nunc Claustroburani. a. 1181.[10])

HARMANDVS.

Inscr. in turri eccl. maioris urbis Carnotensium reperta. a. 1164.[11])

RAVDVFS : AVDEBERTVS DE STO IOHE : ANGERIACO : ME FECIT.

Inscr. in tympano, depositionem Christi opere anaglypho continenti in eccl. S. Hilarii.[12])

GISLEBERTVS ME FECIT.

Inscr. columnae in civitate Aeduorum servatae.[13])

---

1) Vasari ed. Lemonnier. I. p. 239.
2) Didron Ann. archéologiques I. p. 78.
3) Wocel in Mittheil. der k. k. Centralcommission 1860. p. 39.
4) Cahier et Martin, Mélanges d'Archéol. III. p. 73.
5) Moller u. Gladbach Denkm. deutscher Kunst III. tab. III. cf. Mithof, Archiv f. Niedersächs. Kunstgeschichte. Abth. III.
6) Adelung, Die Korssunschen Thüren. pl. IV. no. 24. Notat Adelungus duo alia nomina: Abraham et Waismuth in tab. XXII. et XXIV.
7) Lipsanographia s. thes. reliquiarum elect. Brunsvico-Luneburgicus 1783 p. 49. cf Fiorillo II. p. 48.
8) Vogel, Kunstarbeiten aus Niedersachsens Vorzeit. III. t. 16—18.
9) Duchesne hist. franc. SS. IV. p. 746.
10) Camesina u. Heider, Der Altaraufsatz in Klosterneuburg. Berichte des Wiener Alterthumvereins 1860. p. 3.
11) Revue archéologique 1841 1. I. p. 291.
12) Didron Ann. archéol. XV. p. 64. cf. Mémoires de la société des Antiquaires de l'Ouest. XX. 1853. Gallico sermone audit nomen artificis: Raoul Audebert de St. Jean d'Angely.
13) Didron Ann. archéol. I. p. 78.

VMBERTVS.

Inscr. columnae in eccl. S. Benedicti ad Ligerim.[1])

IZEMBARDVS.

Inscr. columnae Bernaci.[2])

CONSTANTINVS DE IARNAC.

Inscr. in monum. sepulcr. ep. Iohannis qui a. 1169 in civitate Petrocoriorum obiit.[3])

VIR NON INCERTVS GILABERTVS ME CELAVIT.

Inscr. columnae e basilica S. Stephani in museum Tolosanum translatae.[4])

PETRVS ODERISIVS MAGISTER ROMANVS FECIT HANC SEPVLTVRAM.

Inscr. in parte posteriori sepulcri comitis Rogerii (ob. a. 1101) in eccl. S. Trinitatis Miletensis in Calabria.[5])

ROGERVS Amalfitanus a. 1111.

Inscr. in porta aerea sacelli sepulcr. Bohemundi Canosae.[6])

ODERISIVS BERARDVS Beneventanus. a. 1119.

Inscr. in porta aerea eccl. maioris Troiae.[7])

ANNO MILLENO CENTENO TER QVOQVE DENO
QVINQVE SVPERLATIS STRVITVR DOMVS HEC PIETATIS
ARTIFICEM GNARVM QVI SCVLPSERIT HEC NICOLAVM
HVC CONCVRRENTES LAVDENT PER SECVLA GENTES.

Inscr. in fronte eccl. maioris Ferrarensis, ad opera anaglypha referens.[8])

Q(ui) LEGIS ... NAT(um) P(er) LATA T(o) MARIIE (?) SALVET IN ETERNVM QVI SCVLPSERIT ISTA GVILLELNEM.

Inscr. in fronte eccl. S. Zenonis Veronensis.[9])

HIC EXEMPLA TRAI POSSVNT LAVDES NICOLAI.

Ibid.[10])

Nicolaus Veronensis forsitan idem est, quem iam supra notavimus, et Guilielmus idem eum Guilielmo Mutinensi.

Alia in eadem fronte inscriptio laudat Nicolaum „artificem gnarum".[11])

QVISQ(VE) BRIOLOTV(M) LAVDET QVIA DONA MERETVR
SVBLIMIS HABET ARTIFICE(M) COMMENDAT OP(VS) TA(M) RITE POLITV(M)
S(VMMVM) NOTAT E(SS)E PERITV(M) HIC FORTVN(A)E FECIT ROTAM.

Inscr. in eccl. S. Zenonis ad dextram prope baptisterium.[12])

ADAMINVS DE SANCTO GEORGIO ME FECIT.

Inscr. in columna confessionis eccl. S. Zenonis.[13])

---

1) Didron Ann. archéol. I. p. 78.
2) ibid. 3) ibid.
4) Mémoires de la société archéol. du midi de la France. II. 207.
5) Signorelli, Vicende della coltura nelle due Sizilie. II. p. 214. cf. Gaye in Kunstbl. 1839. no. 61.
6) Duc de Luynes, recherches pl. IV
7) ibid.
8) Cicognara.
9) Orti Manara, dell' antica basilica di S. Zenone p. 8. tav. II 1.
10) ibid. p. 10.
11) ibid. p. 7.
12) Orti Manari p. 17.
13) ibid. p. 25. cf. p. 62.

[Anno dominicae incarnationis MCLXXVIII Girardus venerabilis abbas S. Zenonis inter alia plurima eiusdem ecclesiae campanile decenter exornari et balcones novos super balcones veteres elevari deinde capitellum mirabiliter constructum fieri fecit]

QVOD OPVS A MAGISTRO MARTINO FACTVM.

Inscr. in muro eccl. S. Zenonis.[1])

ANNO MILLENO CENTENO TERQVE DENO OCTAVO PINXIT GVILLELMVS ET HAEC METRA FINXIT.

Inscr. picturae passionis I. C. in eccl. maiori Sarzanae.[2])

IOHS̄. PETRVS. ANGL̄S. ET SASSO FILII. PAVLI MARMOR. HVI. OPIS. MAGISTRI. FVERE.

Inscr. in ciborio basil. S. Laurentii in via Tiburtina a. 1148 ab abbate Hugone fundato.[3])

ME (fec) IT ROBERTVS MAGIS̄T. LA ....

Inscr. in fonte baptismali eccl. S. Frediani Lucae.[4])

GRVAMONS MAGISTER BONVS ET ADEODATVS FRATER EIVS.

Inscr. in trabe eccl. S. Andreae Pistoriae. Gruamontis nomen etiam trabi eccl. S. Ioh. ad portam eiusdem civitatis inscriptum reperitur.[5])

MAGISTER ENRICVS FECIT.

Inscr. in capitello eccl. S. Andreae Pistoriae.[6])

GIRARDVS DE CASTEGNIACA FECIT HOC OPVS [Guillielmus Burrus et Prevede Marcellinus huius operis superstites fuerunt].

Inscr. in porta romana Mediolani. (c. a. 1167—1171).[7])

EGO NICONAVS (sic) DE ANGILO (sic) cum Petro FASSA (sic) DE TITO HOC OPVS COMPLEVI.

Inscr. in cerostato eccl. S. Pauli in via Ostiensi.[8])

IOHANNES ET GVITTO MAGISTRI HOC OPVS FECERVNT.

Inscr. in tabernaculo eccl. S. Mariae in castello Corneti.[9])

ANNO MILLENO CENTENO SEPTVAGENO OCTAVO SCVLTOR PATRAVIT MENSE SECVNDO ANTELAMI DICTVS SCVLPTOR FVIT HIC BENEDICTVS.

Inscr. operis anaglyphi [deposit. Chr.] nunc in capella Boiardi eccl. maioris Parmae servati.[10])

---

1) Orti Manari p. 37.

2) Rosini storia della pittura. II. p. 295. Tav. A.

3) Promis, notizie epigrafiche degli artefici marmorarii Romani. 1836. p. 8.

4) Rumohr, Italiänische Forschungen. I. p. 262. cf Förster, Beiträge z. neueren Kunstgesch. p. 10.

5) Ciampi notizie inedite della sagrestia Pistojese. 1810. p. 24. cf. Vasari ed. Lemonnier I. p. 240.

6) Morrona, Pisa illustr II. p. I. c. 2.

7) Giulini Memorie di Milano. VI. p. 397.

8) Promis p. 9. cf. Gaye in Kunstbl. 1831. no. 61. Nicolaus, Angeli filius sine dubio Pauli marmorarii filius v. s. Nicolaus in aliis etiam inscriptionibus occurrit. In eccl. maiori (Sutrii) ad. a. 1170: Hoc opus (altare) fecit Nicolaus et filius eius. In eccl. S. Bartolomaei in insula nunc in eccl. S. Alexii in Aventino:
Nicolaus de Angelo fecit hoc opus
Iacobus Laurentii fecit has XIX columnas cum capitellis suis.

9) Promis p. 6. Iohannem Guidonis filium fuisse demonstrat inscr. in ambone eiusdem ecclesiae: Magister Iohannes Guittonis Civis Romanus fecit opus nitidum auro et marmore diverso.

10) Kunstblatt 1846. No. 62. In baptisterio eiusdem eccl. inscriptum legitur:
Bis binis demptis annis de mille ducentis
Incepit dictus opus hoc sculptor Benedictus.

HANC ABBAS SACRAM FECIT BONIFACIVS ARCAM.

Inscr. capsae marmoreae imaginibus vitam S. Sergii illustrantibus ornatae in eccl. Nogarensi, S. Silvestro dicata. An abbas Bonifacius artifex, an operis tantum instigator fuerit, incertum est.[1])

BIDVINO ME FECIT HOC OPVS.

Inscr. in trabe sculpta portae lateralis eccl. maioris Lucensis.[2])

EGO BONANNVS PIS. MEA ARTE HANC PORTAM VNO ANNO PERFECI TEMPORE BENEDICTI OPERARII.

Inscr. in porta eccl. maioris Pisis ad. a. 1180.[3])

OPVS ALBERT...

Inscr. picturae muralis a. a. 1187 in eccl. S. Ioh. et Pauli Spoleti.[4])

HVBERTVS MAGISTER ET PETRVS EIVS FRATER PLACENTINI FECERVNT HOC OPVS.

Inscr. in porta aerea baptisterii Lateranensis ad. a. 1190.[5])

MAGISTER PETRVS AMABILIS HOC OPVS FECIT.

Inscr. in ambone eccl. S. Victorini prope Aquilam. ad. a. 1197.[6])

RODOLFINVS OPERARIVS.

Inscr. in trabe portae principalis eccl. S. Bartolomaei Pistoriae.[7])

SCVLPTOR LAVDATVS GVIDO DE COMO.

Inscr. in ambone eccl. eiusdem.[8])

RANIERI. ĪĪOS PERVSINVS? (Petrus?)

Inscr. tabulae tesselatae in trabe portae eccl. S. Mariae in castro novo.[9])

NICOLAVS RANVCII MAGISTER ROMANVS FECIT.

Inscr. supra fenestram frontis eccl. eiusdem.[10])

PETRVS RANVCII.

Inscr. supra portam in eccl. eadem.[11])

ANDREAS RANIERI.

Inscr. tabulae marmoreae tesselatae in trabe portae eccl. eiusdem.[12])

MASSARIVS DONNAINCASSA.

Inscr. humi qua columna porphyretica circumdatur in eccl. eadem.[13])

---

1) Maffei, Verona illustrata P. III. c. VI. p. 190.
2) Morrona, Pisa illustr. cf. Rumohr I, 261, Förster p. 9. Hoc opus Biduinus docte peregit, legitur in eccl. S. Cassiani prope Pisas.
3) Vasari ed. Lemonnier I. p. 242. Eiusdem artificis mentionem facit inscr. in porta eccl. Montis regalis: Anno d. M. CLXXXVI. indict. III. Bonannus civis Pisanus me fecit. cf. Serradifalco, del duomo di Monreale. 1828. t. IV.
4) Rumohr I. p. 281.
5) ibid. p. 267.
6) Promis p. 11.
7) Morrona Pisa illustr. cf. Rumohr I. p. 259.
8) Rumohr I. p. 264.
9) Promis p. 7. cf. Gaye in Kunstbl. 1839. No. 61.
10) ibid.
11) Gaye, Kunstbl. 1839. No. 61.
12) ibid.
13) Promis p. 8.

BARISANVS.

Inscr. portae septemtrionalis eccl. maioris in Monte regali.[1])

HOC (Constan) TINVS CONSTRVXIT PRESVL OPTIMVS.

Inscr. in fronte ambonis eccl. S. Pantaleonis Ravelli.

In tergo legitur:

SIC CONSTANTINVS MONET ET TE PASTOR OVINVS
ISTVD OPVS RARVM QVI FECIT MARMORE CLARVM.[2])

Haud falluntur, qui opus eximium in saec. XII. locant.

MVNERE DIVINO DECVS ET LAVS SIT PEREGRINO
TALIA QVI SCVLPSIT OPVS EIVS VBIQVE REFVLXIT. —
QVI FAMA FVLXIT, OPVS HOC IN MARMORE SCVLPSIT
NOMINE TADDEVS, CVI MISERERE DEVS.

Inscr. in cancellis eccl. S. Pantaleonis Suessae.[3])

MAGISTER OTTO HOC OPVS FECIT.

Inscr. tabulae sculptae in turri eccl. maioris Spalatensis.[4])

LAVRENTIVS CVM IACOBO FILIO SVO HVIVS OPERIS MAGISTER FVIT.

Inscr. in ambone eccl. S. Mariae Araceli Romae.

„Magistri doctissimi Romani" laudantur in inscriptione, quam ecclesiae porta Fescenniae exhibet.[5]) Laurentius ille atavus notissimae artificum familiae est, quae a Cosma nomen cepit, et usque ad finem saeculi tertii decimi operibus quam plurimis claret.

Seriem inscriptionum ultra finem saeculi duodecimi perducere nihil opus est, cum ineunte saeculo tertio decimo de maximo artificum laicorum numero constet. Maior sine dubio inscriptionum copia exoptanda esset[6]), sed iam ex eis quae adducta sunt exemplis de artificum medii aevi conditione argumentari licet. Nulla in inscriptionibus ordinis artificum clericalis sive monastici mentio fit, ita ut sola inscriptionum ratione habita, laicos solos artes coluisse contendere possis.

In inscriptionibus italicis, quae germanicas numero longe superant notabis epitheta ornantia: Probatus, laudatus, doctus, bonus magister, alter Daedalus.[7]) Nonne puderet monachos, quos in omnibus quae agunt maiorem Dei gloriam respicere oportet, de operibus suis gloriari, nonne ab hac, si merita operum perpendis, inani proprii ingenii elevatione iure abhorreret monachorum animus? Licita tamen est vel excusari potest laicorum magniloquentia, gloriaeque cupido, qui humilem alias et saepe ne liberam quidem vitam degentes in extollendo ingenio suum sibi solatium quaerunt.

---

1) Serradifalco, del duomo di Monreale.

2) Lübke Reisenotizen in Mittheilungen der Centralcommission V. p. 241.

3) ibid. p. 202.

4) Eitelberger in Jahrb. der k. k. Centralcommission 1860. p. 227.

5) Gaye l. c. cf. Kunstbl. 1826.

6) Utinam, quod eloquentissime flagitat cl. Orti Manara (l. c. p. 48) cessaret pium esse desiderium: »Non posso dispensarmi dell' esternare un mio desiderio che venissero raccolte in un' opera apposita le iscrizioni tutte che ricordassero i nomi degli scultori (architetti e pittori) di quei tempi, l'imitando esempio del valoroso Carlo Promis di Torino che pubblicava le notizie epigr. degli artifici Marmorari Romani dal X al XV secolo.«

7) Unicum huiusmodi exemplum in germanicis regionibus inveni. In eccl. S. Mariae in orto Goslariensi angeli figuram spectabis, rotulum tenentis cui inscriptum est: »Miri facta vide laudanda viri lapicide Wilhelmi.« Opus a Mithofio (Archiv f. Niedersächs. Kunstgesch.) saec. XIII. adtribuitur.

Tum singularum in quibus artifices educantur scholarum vestigia in inscriptionibus apparent. Num ille „Guido de Como“ cum magistris comacinis coniunctus sit[1] affirmare nolim, titulus magistri romani autem, qui saepissime legitur, quamdam scholam artis plasticae Romae institutam fuisse probabile reddit.

Denique fratrem cum fratre, patrem cum filio simul operari, artem tanquam rem hereditariam a patre ad filium transferri videmus. Respicias modo seriem artificum, recta linea de Paulo marmorario descendentium:

	Paulus marmorarius	
Iohannes Petrus*	Angelus	Sasso
Rainerus	Nicolaus	
Andreas	filius anonymus (a. 1170).	

Idem valet de Guidone, qui filium „Iohannem Guittonis“ et de Laurentio, qui Iacobum, qui Cosmam romanum artificem genuit.

B. Nomina artificum in chartis et chronicis servata.

I. Architecti, operarii, caementarii, carpentarii.

Saec. IX.

Einhardus. n. 770 in schola palatina educatus. ob. 844. m.

Einhardi architecturae peritiam testantur non solum Alcuinus et Walafrid Strabo, alterum Beseleel illum laudantes[2]) et epitaphium in Einhardi honorem ab Hrabano Mauro scriptum[3]), sed etiam auctor chronici Fontanell. qui Angilbertum narrat „exactorem operum regalium in Aquisgrani palatio regio sub Heinhardo abbate viro undecunque doctissimo constitutum esse.“[4]) Patet porro Einhardi artium studium e litteris ad filium Wussinum missis,[5]) atque ex notitia in catalogo abbatum et in necrologio Fuldensi servata, quae audit:

Direxit abbas Ratger brunan ad einhartum uariarum artium doctorem peritissimum.[6])

1) Rumohr I. p. 265.

2) Alcuini Opp. (ed. Froben.) I. p. 126. ep. LXXXV. ad. domnum regem: »Misi Excellentiae vestrae quasdam species dictionum exemplis vel versibus venerandi patris confirmatas et aliquas figuras arithmeticae subtilitatis laetitiae causa in cartula, quam nobis vacuam direxisti. Etsi minus quid exemplorum habeant praedictae species, Beseleel vester de paternis versibus opponere poterit. Walafr. Strabo (Opp. ed. Migne II. p. 1094). Versus in Aquisgrani Palatio editi:

Nec minor est magni reverentia patris habenda
Beseleel fabre primum qui percipit omne
Artificum praecautus opus.

3) Hrab. Mauri Opp. (ed. Migne) VI. p. 1669:

Quem Carolus princeps propria nutrivit in aula
Per quem et confecit multa satis opera.

4) Spicilegium II. p. 279.

5) Duchesne SS. II. p. 701.

6) Catal. abb. ap. Bohmer. Fontes III. p. 161. Necrol. ep. Dronke Tradit. et antiqq. Fuldensis. p. 163.

Ratger abbas Fuldensis Baugolfi successor, illiusque iam tempore in operibus construendis occupatus a. 817. depositus.

In catal. abb. Fuld. et in necrologio Fuld. legitur: »Baugolf abbas secundus orientale illud templum mirificum artificiose constructum studio ratgeris strenuissimi viri honorabiliter extruxit. — Tercius abbas ratger Sapiens architectus occidentale templum iam accepta potestate mira arte et immensa magnitudine alteri copulans unam fecit ecclesiam.[1])

Eigil, ratgeri in abbatis munere successor.

Probalititer Eigil idem est cum „domno E." qui capsellam columnis eburneis ad instar antiquorum operum fabricavit, cuiusque doctrinam Einhardus in epistola ad Wussinum laudat.

Secundum catal. abb. Fuld. et necrologium Eigil ecclesiam rotundam mira arte typice composuit, uno lapidi tota domo imminente subterius, uno lapide tota superius conclusa.[2])

Racheholf monachus Fuldensis tempore Eigili, cuius nomen et merita Candidus poeta, pictor et monachus illustrat:

— — — — Racheholfo dictante magistro
Et monacho, fratrumque simul sine felle ministro
Arcubus atque interpositis hinc inde columnis
Binas magnifice erexit pulchro ordine cryptas.[3])

Egino, episcopus Veronens. ob. 802.

»Augiae S. Petri basilica ab Eginone Veron. episc. constructa et aedificata est.« [4])

Alfrid magister cuiusque artis temp. Adalrami archiep. Iuvaviensis multas per Pannoniam ecclesias fundavit dicavitque.[5])

Saec. X.

Anstacus c. a. 973. abbas monast. S. Arnulphi Mettensis, provectiore iam aetate monachi vestem induens.

»Architecturae non ignobilis ei peritia defuit, ut quidquid semel deposuisset in omnibus locorum et aedificiorum simmetriis vel commensurationibus, non facile cuiusquam argui posset indicio.« [6])

Helfridus Cameracensis c. a. 995 caementarius sive carpentarius.

»Tempore Erluini ep. quidam caementarius sive carpentarius Helfridus nomine exigente rei necessitate campanarium monasterii scanderet, pedo lapsus semianimis in ipso choro multis spectantibus humi corrueret.« [7])

Liutolph abb. Corbeiensis c. a. 977.

»Altare novum in Gadelhem dat, reparans dilatansque templum ibidem.« [8])

Saec. XI.

Hubaldus Stabulensis temp. abb. Popponis. a. 1020—1048.

»Hubaldo cuidam, cuius ingenio et labore opus satis processit, praecipitium a cancello ingessit, ita ut toto corpore collideretur.« [9])

1) Catal. abb. ap. Böhmer, Fontes III. p. 161. Necrol. ap. Dronke Tradit. et antiqq. Fuldensis p. 163.
2) ibid.
3) Brower Antiq. Fuld. p. 106.
4) Hermannus Contract. ad. a. 799. ap. Pertz SS. V. p. 101.
5) Heider Mittelalt. Kunstdenkm. in Salzburg. p. 6.
6) Vita Iohannis Gorziensis ap. Pertz SS. IV. p. 355. seq. c. 66. cf. Mabillon Acta SS. O. S. B. VII. ad. a. 973.
7) Gesta epp. Cameracensium ap. Pertz SS. VII. p. 455.
8) Annales Corbeienses ap. Leibnitz SS. rerum Brunsv. II. p. 302.
9) Vita Popponis ap. Pertz SS. XI. p. 306.

Thietmarus Stabulensis magister latomorum vel carpentariorum. t. c.

»Eodem tempore extitit quidam magister carpentariorum vel latomorum, Thietmarus nomine, qui a viro Dei Poppone valde carus habebatur propter peritiam artis suae, nam illi Deus inspiraverat, quemadmodum Beseleel opus perficere in domo domini secundum volnatatem viri Dei, monstrante videntibus praesentis basilicae structura mirabili.« [1])

Edemeramus monachus Tegernseensis tempore abb. Ellingeri (a. 1017).

»Sanctuarium testudinato opere decoravit Ellingerus auxiliante sibi Edemeramo monacho carpentario ac custode ecclesiae.« [2])

Benno episcopus Osnabrugensis (1054—1079).

»Praeterea autem architectus praecipuus caementarii operis solertissimus erat dispositor. Rex totam Saxoniam castellis novis et firmis coepit munire cui rei maturandae et diligenter exequendae dominum Bennonem praeesse constituit, sciens se huius rei non habere fideliorem nec ad hoc munus exequendum magis industrium — Erat igitur architectoriae artis valde peritus. Regis imperio in Spirensem civitatem adductus ecclesiam amplissime sublimatam et prae magnitudine operis minus caute in Rheni fluminis littus extentam maximo ingenio difficilique paratu egregii operis novitate perfecit et immensas saxorum moles ne fluminis illisione subverteretur, obstruxit.« [3])

Gerardus episc. Cameracensis (1076—1092).

»Adhuc unum opus ut sapiens architectus fecit episcopus. Ecclesiam b. Mariae refurmavit. Comparaverat etiam colores optimos ad agendam picturam per totam ecclesiam.« — »Sigeri de Lohes et Walteri filii Ursionis, qui monasterium Aquicinense fundaverunt, Gerardus cooperator aedificationum fuit.« [4])

Otto, architectus Laureshamensis temp. abb. Anshelmi a. 1090.

»Abbas Anshelmus post conflagratam gravissimo incendio ecclesiam paunis adhibitis post altare b. Nazarii infodi et humum altius egeri praecepit. — Otto quidam nobilis tum architectus tumbam marmoream magnifici decoris, remoto circumposito lapidum aggestu explicuit.« [5])

Plober Frisius latomus peritissimus c. a. 1099.

»Conradus Traiectensis ep. occiditur a quodam Frisio. Cuius interfectionis ista fuit occasio. Cum idem episcopus in quadam parte civitatis paludinosa monasterium aedificare decrevisset, et propter lutosum situm fundamenta ponere nequivisset, adfuit inter alios Frisius quidam latomus peritissimus nomine Ploberus, qui sub interpositione capitis ecclesiam se quadam arte occulta ad volnutatem episcopi construere posse in eodem loco promisit. Sed cum immoderatam super his postulavit pecuniam. episcopus dissimulato proposito largis muneribus filium illius Ploberi circumvenit et arcanum huius artis discens ab eo, mox inchoatam ecclesiam sine ulteriore magisterio perfecit. Quamobrem idem Frisius magnam adversus episcopum invidiam incipiens, occidere eum cogitavit, quod et crudelissime perfecit.« [6])

Otto episc. Babenbergensis.

»Imperator (a. 1097) famosum illud ac laboriosum opus Spirensis monasterii b. Mariae habebat in manibus, omnes sapientes et industrios architectos, fabros, et cementarios aliosque opifices regni vel etiam de aliis regnis in opere ipso habens. aurum et argentum et pecuniam multam sumptusque infinitos singulis annis expendebat. At magistri operis partim negligentes partim etiam sua commoda sectati rem tarde promovebant. Quibus Otto praeficitur et iubetur, ut tam opifices quam magistri eorum illi soli parerent.« [7])

Ottoni aedificandi peritiam non defuisse, testatur insuper auctor:

»Otto ad iudicium ingeniosae diligentiae suae aequam fenestrarum ecclesiae mensuram prudenter a se dispositam imperatori considerandam offerebat.« [8])

---

1) Vita Popponis ap. Pertz SS. XI. p. 506.
2) Pez thes. III P. III. p. 510.
3) Vita Bennonis auctore Norberto ap. Pertz SS. XII. p. 65, 76. c. 11 et 27.
4) Gesta Epp. Camerac. Contin. ap. Pertz SS. VII. p. 499.
5) Chronicon Lauresham. ap. Freher SS. I. p. 135.
6) Trithemii Chron. Hirsaugense. p. 95. (ed. Francof. 1601).
7) Vita Ottonis ep. Babenb. ap. Pertz. SS. XII. p. 750, 825, 838.
8) ibid. p. 826.

Herluinus, qui provectiore aetate statum laicorum reliquit, annum quadragesimum iam agens grammaticam discere coepit et monasterio Beccensi praefuit. c. a. 1078. Magis pia industria quam ingenio Herluinus excelluisse videtur.

»In villa quae dicitur Burnevilla exstruendum servitio Dei opus arripait non parvum, brevi peractum. Herluinus non solum operi praesidebat sed opus ipsum efficiebat, terram fodiens, fossam efferens, lapides, sabulum calcemque humeris comportans ac ea in parietem ipsemet componens.« [1])

Blitherus Cantianus a. 1070.

»Artificum magister templique spectabilis dictator fuit Blitherus.« [2])

Odo architecturae studiosus in monasterio Miciacensi c. a. 1025.

»Decernunt fratres industrios fratres Theodoricum ex Prioribus unum, Bosonem praepositurae procuratorem, Laelerium aedituum et **Odonem** studiosum operis incepto fabricae ordinatorem qui sagaci intentione sepulcra Beatorum perquirendo invenirent.« [3])

Leduinus abbas mon. Vedastini aedificandi peritus, c. a. 1090.

»Hasprensis cella prius monasterii Gemeticensis postea praepositura Vedastina novis aedificiis decorata a Leduino Vedastino abbate aedificandi perito.« [4])

Lanfredus architectus normannus c. a. 1090.

»Haec arx de Ibreio est turris famosa ingens et munitissima, quam Albereda uxor Radulfi Baiocensis comitis construxit. Ferunt quod praefata matrona postquam multo labore et sumptu saepefatam arcem perfecerat, Lanfredum architectum cuius ingenii laus super omnes artifices, qui tum in Gallia erant, transcenderat, qui post constructionem turris de Pedveriae (?) magister huius operis extiterat, ne simile opus alicubi fabricaret, decollari fecit.« [5])

Bruningus monachus, qui in Necrologio S. Andreae Taurin. „huius coenobii praepositus et constructor appellatur."

»Visum est abbati, ut Bruningus adiret lovum et strueret absidam S. Andreae ut foret praestantior cunctis. — Tale opus egit Bruningus excellentissimus vir.« [6])

Poppo archiepisc. Trevirensis. ob. 1067.

»Inerat ei permaxima sollicitudo aut de construendis ecclesiis aut de reparandis dirutarum vetustate ruinis, quorum alteri evidens perhibet testimonium eccl. b. Petri apostoli, quae domus, et episcopalis sedes dicitur. Hanc ipse labore magno et impensa columnis quasi circumamictis basibus, quas usualis locutio pilares nuncupat itemque arcubus prioribus laudabili arte substratis novis aliis resolidavit. Post modum ei placuit eandem ecclesiam ampliorem reddere, fecitque ut nunc tercia tantum quantum prius ambitus eius parte sit maior. Huic operi cum studiosius insisteret, opusque iam ad hastae longitudinem super terram eductum fuisset, die quadam cum sederet ubi fiebat, sol ut erat solito ferventior refulsit in caput eius — erat enim calvus — et incanduit cerebrum eius.« [7])

Alquerus monachus (c. a. 1081.) mon. S. Bertini.

»Circa principium Iohannis abbatis contigit huic villae magnum incendium quo ignis vento pulsus totum monasterium circumvolans facillime consumsit; nec mirum; adhuc enim erant arundinea tecta et novae basilica ligneae ignibus subiecta materies, cum prope stante turre et omnium officinarum aedibus monasterium S. Petri ab Alquero monacho nostro inceptum et hunc noviter consummatum igneo fervore liquitur.« [8])

---

1) **Mabillon** Acta SS. O. S. B. IX. p. 345.
2) ibid p. 745: de translatione S. Augustini.
3) ibid. VIII. p. 252, de inventione corporis S. Maximini.
4) **Mabillon**, annales O. S. B. l. LV. c. 49.
5) Ordericus Vitalis hist. eccl. l. VIII. ap. **Duchesne** SS. ver. norm p. 705.
6) Chron. Novalic. l. IV. c. 25. ap. **Pertz** SS. VII. p. 116.
7) Gesta Trever. ap. **Pertz** SS. VIII. p. 180.
8) Chronicon S. Bertini ap. **Martène** et **Durand** Anecd. thes. III. p. 586.

Lambertus maior, monachus monast. S. Huberti Andaginensis.

»Videns abbas copias magnorum lapidum veteris quondam civitatis, nunc autem pro castelli moenibus adbreviatis, suggerente Lamberto maiora ex eidem lapidibus ecclesiae donari expetiit, quantum sufficeret aedificationem criptae vel claustri.« [1]

Richolfus Benedictoboranus servus, postea praepositus factus.

»Wolfoldus quidam presbyter ab Ottone Augusto impetravit reparationem vel provisionem istius destructae domus, sollicite antiquas ruinas colligens, tradens S. Benedicto quicquid proprietatis habuit in villis Vneringin, Sindelsdorf cum apendiciis servis et ancillis e quibus etiam unum nomine Richolfum, studiis litteralibus ac moralibus per se a primevo educatum sibi fecit in prepositurum subrogari. Richolfus, iuxta quod a magistro didicerat, toto nisu in reedificatione templi laboravit, tres capellas fabricavit.« [2]

Saec. XII.

Babo Babenbergensis c. a. 1117.

»Per eundem architecturae praefectum (Babonem) statim 100 marcas auri ad archangeli Michaelis aram obtulit et novam structuram, ad insignem aliquam speciem adductam, picturis ornandam et solenni ceremonia consecratam monachorum arbitrio commisit.« [3]

Guarinus Virdunensis c. a. 1140.

»Episcopi Adalberi t. eccl. b. Mariae fundator. Hoc opus crescit inter manus artificum, quibus praesidet Guarinus ceteris doctior, ut sub Salomone ille Hyram de Tyro« [4]

Enzelinus laicus Wirceburgensis qui a. 1133 „pontem praeclari operis“ supra Moenum exstruxit, et ecclesiam maiorem restauravit.

»Cum maioris ecclesiae nostrae tectum propter annosam vetustatem iam penitus delapsum esset et iam casum ruinamque minaretur, sollicite cogitavimus, quomodo et hoc malum declinare et totum monasterium in melius reformare possemus. Acclamantibus omnibus civibus nostris assignatus est nobis vir bonus, qui et praeclari operis pontem nobis fecit, Enzelinus laicus, cui nos in reparanda et ornanda ecclesia nostra curam et magisterium dedimus, pulchro satis et felici ordini, ut qui pontem viam ad monasterium fecerat, ipse quoque per instauratum monasterium ad regale conscendent.« [5]

Geraldus magister operis eccl. Grandimontis ob. 1141.

»Tempore domini Stephani de Liciaco venerabilis quarti prioris Grandimontis aedificabatur ecclesia in Grandimonte. Accidit autem quadam die cum operarii quemdam lapidem magnum et quadratum sursum in altum deferrent obviam habuerunt Geraldum magistrum operis ipsius quem inviti et incaute ignorantes expulerunt a summitate arcuum et corruit in terram qui graviter collisus occubuit. Quod cum viderent caementarii et alii operarii flebant. Ab. abb. Stephano voce: Gerarde surge operarie et ad opus reverte revivifactus est.« [6]

Adalbertus ex laico monachus factus eccl. Laurisham. restauravit. a. 1144—1151.

»Sub Folcuandi tempore quidam Dei famulus Adalbertus nomine ex laico monachum induens templum Laurishamense tum parvitate tum vetustate dignitati suae minime respondens Deo cooperante renovavit et augmentavit et fornicibus, absidibus, fenestris laquearibus tecto plumbeo venustavit.« [7]

Wernherus lapicida et caementarius Pragensis a. 1142.

»Coenobio S. Georgii Pragae combusto moniales claustrum visitant, ecclesiam lustrant, et maxime reliquias s. Ludmilae patronae quaesitant, accersito Wernhero lapicida et caementario, ut inter saxa et titiones requirat, sollicitant.« [8]

---

1) Chron. S. Huberti Andaginensis ap. Pertz SS. VIII. p. 579.
2) Monum. Benedictoburana, in Mon. boicis VII. p. 29.
3) SS. rerum Bamberg. I. p. 102. cf. Fiorillo I. p. 240.
4) Gesta epp. Virdunensium ap. Pertz SS. X. p. 513.
5) Charta ep. Embrichi in Arch. f. fränk. Gesch. IV. 1. p. 5. cf. Niedermayer, Kunstgesch. d. Stadt Wirzburg. p. 88.
6) Martène et Durand Ampliss. Collect. VI. p. 107.
7) Codex Laureshamensis diplomaticus I. p. 252.
8) Cosmae Prag. Contin. ap. Pertz SS. IX. p. 148.

Hezelon caementarius.[1])
Adelelmus caementarius, testis in charta Carnotensi a. 1101 subscriptus.[2])
Gilduinus caementarius ibid. a. 1114.
Garnerius caementarius ibid.
Eccahart carpentarius a. c. 1121—1138, testis in charta Pataviensi subscriptus.[3])
Heinrich caementarius a. c. 1150, testis in charta Oberaltaichensi subscriptus.[4])
Marchwardus caementarius, testis in charta Claustroburana (No. 106) c. a. 1108. subscriptus.[5])
Adam caementarius ibid. No. 111. c. a. 1113.
Adelbert caementarius ibid. No. 114.
Meynhart caementarius ibid. No. 193 c. a. 1141.
Otto caementarius ibid. No. 279.
Ympert caementarius ibid. No. 279.
Hartfrix caementarius ibid. No. 409 c. a. 1167.
Otto carpentarius ibid. No. 422.
Peter caementarius ibid. No. 500.
Otto caementarius ibid. No. 500.
Rodiger carpentarius ibid. No. 549.
Sibrat carpentarius ibid. No. 549.
Encichint carpentarius ibid. No. 578 et 684.
Imbertus caementarius ibid. No. 580.
Sigebertus carpentarius ibid. No. 645 et 659.
Adalbertus caementarius ibid. No. 658.
Hartfridus lapic(ida) ibid. No. 684.
Rudwinus lapicida ibid. No. 686 c. a. 1196.
Hugo caementarius ibid. No. 726.
Hainricus lapicida ibid. No. 779 c. a. 1200.
Ermenscricus caementarius, testis in charta Bambergensi a. c. 1138.[6])
Waltherus caementarius, ibid. a. c. 1180.
Hernestus lapicida, cum fratre suo Henrico testis in charta Garzensi a. c. 1160 subscriptus.[7])
Bernhardus lapicida ibid.
Albertus carpentarius ibid.
Roupertus filius carpentarius ibid.
Degenhart caementarius, testis in charta S. Emmerani Ratisbonensis No. CLXXXVII subscriptus.[8])
Walther caementarius ibid.
Aisericus magister operis ibid. No. CXCVII.

---

1) Mabillon, Ann. Ord. S. Bened. a. a. 1109.
2) Cartulaire de St. Père de Chartres (Docum. inédits pour servir a l'histoire de la France) No. XXXI.
3) Codex. Patav. in Mon. Boicis XXVIII. p. 89.
4) Codex traditionum in Mon. Boicis XII. 52.
5) Fontes rerum austriäcarum t. IV.
6) Codex tradit. Baumberg. in Mon. Boicis III. 73.
7) Traditiones Garzenses in Mon. Boicis I. p. 36.
8) Codex Tradit. S. Emmerani ap. Pez thesaur. I. P. III. p. 143.

Werinhard caementarius ibid.
Chuno carpentarius ibid.
Chunrad lapicida ibid. No. CC.
Ortuuinus lignorum caesor ibid.
Hartlieb carpentarius, cuius nomen in necrologio S. Petri Iuvaviensis legitur.[1])
Lanzo carpentarius ibid.
Wilhelm lapicida laicus ibid.
Fridericus lapicida ibid.
Heinricus carpentarius de Schoninloh in necrologio S. Galli.[2])

II. Sculptores, fusores, aurifices et argentarii.

Saec. IX et X.

Benedictus abbas Farfensis a. 802.

»Undecimus monasterio praefuit Benedictus, in libris et altaris vestibus atque diversis utensilibus construendis nimis sagacissimus.«[3])

Isanbert, monachus Fuldensis Hrabano Mauro contemporaneus qui epigramma in eum fecit:

Ferrum te fortem clarum virtute decorum
Signaut, per multas crescis in arte via.

Similiter in epigrammate: »De capsa quam Isambertus monachus fecit.
Hoc opus hoc etenim iussu confecit Isambert
Hoc Rodulf pictor arte manuque dedit.[4])

Eoprecht artifex regis Arnulphi, operarius; quale artium genus exercuerit iguotum est.[5])

Vvinihartus „ipse Daedalus" monachus Sangallensis.[6])

Tuotilo monachus Sangallensis ob. 912., de cuius vita et operibus in Casibus S. Galli uberius agitur.

»Tuotilo erat eloquens, voce clarus, celaturae elegans et picturae artifex. Tuotilo multas propter artificia simul et doctrinas peragraverat terras. Homo erat itinerarius lateque terrarum et urbium gnarus. Tuotilo apud Mettensium urbem S. M. imaginem caelavit.« [7])

»Ep. Salomon crucem honorandam Tuotilone nostro anaglifas parante ex auro et gemmis mirificavit. Altare S. Mariae et analogium evangelicum eiusdem fratris nostri artificio in locis conspicuis deaurata Hattonis suis de scriniis vestivit argento et dyptivit ex auro electo. S. Gallo etiam duas tabulas eburneas de eisdem scriniis attulit. quarum una cum sculptura esset et sit insignitissima, altera planitiae politissima, Tuotiloni nostro politam tradidit sculpendam.«[8])

Adalricus Frisigensis clericus, campanarum fusor. c. a. 982.

Abb. Gozbertus episcopo Gotescalcho:

»Tres anni iam sunt transacti, quod fingere fecimus formam ad campanam fundendam. totaque materies metalli aequa lance penes eandem formam iacet appensa: sed nullo modo possumus perficere quia nullum hominem arte fusoria instructum habemus. Quocirca petimus ad hoc ipsum opus modulandum perficiendumque, ut nobis concedatis clericum vestrum Adalricum ob amorem Dei et S. Quirini « [9])

---

1) Archiv f. österr. Geschichtskunde 1858.
2) ap. Goldast SS. rerum Alemannicarum I. p. 93.
3) Constructio Farfensis c. 17. ap. Pertz SS. XI. p. 529.
4) Hrab. Mauri Carmina. Opp. ed. Migne VI. p. 1641.
5) Mon. Boica. XXVIII. p. 102, 114.
6) Ermenrici ad Grimoldum de grammatica. v. s.
7) Casus S. Galli c. 3. ap. Pertz SS. II. p. 88.
8) ibid. c. 2.
9) Meichelbeck, hist. Frising. I. p. 471. No. 2.

Erluin artifex, in necrologicis annalibus maioribus Fuldensibus ad a. 995.[1])

Daniel campanarum fusor c. a. 965, teste Folcuino[2]) qui inscriptionem campanae memorat: „Iussu Folcuini me condidit artificis manus Danielis ad laudem Triadis.“

Robertus conversus monast. Lobiensis aurifex c. a. 965.

»Frater Robertus nostro tempore ecclisiae S. Ursmari edituus baculum recurvum argento fabricavit.«[3])

Guilielmus Lemovacensis, aurifex.[4])

Ecbertus archiepiscopus Treverensis a. 978—993.

Gerbertus (p. Sylvester II) Ecberto:

»Destinato operi designatas mittimus species. Exiguam materiam nostram magnum ac celebre ingenium vestrum nobilitabit cum adiectione vitri tum compositione artificis eleganti.« — »Quoniam per Virdunum iter uobis est, eo crucem vestra scientia elaboratam dirigite.« [5])

Athelwoldus ep. Wintoniensis c. a. 948.

»Opitulante etiam piissimo rege Eadgaro memorande memorie Abb. Athelwoldus tabulam fecit argenteam pretio ad preciatum trecentarum librarum cuius materiam forma exsuperabat artificialis, fecit etiam duas campanas propriis manibus ut dicitur, quas in hac domo posuit cum aliis duobus quas etiam b. Dunstanus propriis manibus fecisse perhibetur. Praeterea fecit vir venerabilis Athelwoldus quandam rotam tintinnabulis plenam.«[6])

Saec. XI.

Bernwardus episc. Hildesheim. (ob. 1022). Ingenium Bernwardi inscriptione quidem in patena quae in thesauro Henrici ducis servabatur: „Istam patenam fecit S. Bernwardus“[7]) non probatur, eum post mortem ep. illam demum factam esse, clare patet. Neque inscriptio in ceroferario aureo eccl. b. Mariae Magd. Hildesheimensis: „Bernwardus praesul hoc candelabrum puerum (sic legendum est nec vero cum Fiorillo[8]): pulchrum) suum conflari iussit“ episcopi industriam demonstrat. Dubitari tamen, Bernwardum artium gnarum fuisse, nequit.

»Quamquam vivacissimo igne animi in omni liberali scientia deflagraret, nihilominus tamen in levioribus artibus, quas mechanicas vocant, studium impertivit. In scribendi vero adprime enituit, picturam etiam limate exercuit, fabrili quoque scientia et arte clusoria omnique structura mirifice excelluit, ut in plerisque aedificiis, quae pompatico decore composuit, post quoque claruit. —

Officinas ubi diversi usus metalla fiebant circumiens, singulorum opera librabat. — Picturam et sculpturam et fabrilem atque clusoriam (gemmas metallis includendi) artem et quicquid elegantius in huiusmodi arte excogitare poterat, nunquam neglectum patiebatur, adeo ut ex transmarinis et ex Scotticis vasis, quae regali maiestati singulari dono deferebantur, quicquid rarum vel eximium reperiret, incultum transire non sineret. Ingeniosos namque pueros et eximiae indolis secum vel ad curtem ducebat, vel quocumque longius commeabat, quos quicquid dignius in ulla arte occurrebat, ad exercitium impellebat. Musivum praeterea in pavimentis ornandis studium necnon lateres ad tegulam propria industria nullo demonstrante composuit. — Antiqua loca ab antecessoribus suis possessa, quae ille inculta reperit, optimis aedificiis illustravit, inter quae quaedam elegantiori scemate albo ac rubro lapide intermiscens, musiva pictura varia pulcherrimum opus reddidit.«[9])

---

1) Böhmer, Fontes III. p. 158.
2) Folcuini Gesta abb. Lobiensium ap. Pertz SS. IV. p. 71.
3) ibid. c. 40. p. 73.
4) Texier, Essai sur les argentiers et les émailleurs de Limoges.
5) Epp. Sylvestri II. no. 104, 106 ap. Duchesne SS. II. p. 814.
6) Reg. de Abbendo. Claud. B. VI. f. 84. cf. Archaeologia Brit. XXIV. 22. Aedificandi amorem, non peritiam testatur Malmesbur. de gest. Reg. l. II. c. VIII: Tot et tanta monasteria fecit, quod vix modo credibile videatur ut talia fecerit episcopus urbis unius, qualia vix posset rex Angliae totius.
7) Origg. Guelf. III. tab. XII. p. 154.
8) Gesch. d. zeichn. Künste. II. p. 20.
9) Thancmari vita Bernwardi ep. c. 1—6. ap. Pertz SS IV. p. 758.

Gauzfredus monachus Floriacensis t. abb. Abbonis c. a. 1004. aurifex (?).

»Anteriorem tabulam altaris S. D. G. Mariae ab antecessore eius domno Oylboldo auro construi coeptam ad perfectum usque (abbas) perduxit. Et paries ligneus circa tumulum inclyti confess. Chr. Benedicti locatus, simili est comptus specie metalli atque in eo quaedam miraculorum eiusdem dilecti Domini caelatoria arte videntur expressa. Haec perfecta sunt instantia et procuratione honor. monachi Gauzfredi, cui ipse sacrorum commiserat custodiam thesaurorum.«[1])

Brunhardus et

Erphon filius Brunhardi aurifices in servitio Meinwerci ep. Patherbrunensis c. a. 1023.

»Imperator cifum suum mirifici operis eum sicera episcopo commendans et praecipiens nuntio, ut non rediret visurus faciem suam sine cifo. Episcopus cifum non reddidit, egressoque tandem eo obseratis firmiter post eum ianuis ascitisque aurificibus suis Brunhardo et filio eius Erphone calicem de cifu fieri iussit.«[2])

Bozetiech abb. Sazaviensis c. a. 1090.

»In loco patris Emmcraui Bozeteebus abbatiae nactus est dignitatem. Hic pingere venustissime meminit, fingere, vel sculpere ligno lapidique ac usse tornare peroptime novit. — Rex Wratizlaus unice diligebat eum, cuius gratia idem abbas in tantum sublimatus erat, ut fere omnes Boemienses abbates dignitate praecellere videretur. Quam ob rem abbas praesumptuose agens episcopo suo officium praeripuit quadam summa festivitate. Iratus est episcopus in furore inextinguibili, sed optimatum regalium precibus continuis resistere non valens vix debitori suo Bozetecho debitum iracundiae licet non ex toto corde dimisit, eo tamen tenore uti respondit ei idem ad ultimum episcopus: Sed quia tu, abba, bene nosti sculpere et tornare, tibi praecipimus, quatinus tuae longitudinis et latitudinis magnum mensuram crucifixum factum cum cruce in dorso tuo usque Romam deferas, et in ecclesia metropolitana sancti Petri deponas.«[3])

Falco praecentor in monast. Andagiensi, in illuminationibus capitalium litterarum et incisionibus lignorum et lapidum peritus.[4])

Perangarius servus ecclesiae et aurifex Tegernseensis c. a. 1011.

Diploma Henrici II Imper.:

»Praedia quaedam cuius artificis Perangarii, quae ad monasterium S. Quirini Mart. ad Degerense pertinebant, eo quod idem servus eiusdem esset ecclesiae, in nostrum ius concambiando recepimus.«[5])

Werinherus sive Weczil monachus Tegernseensis, fabricator anaglyphorum c. a. 1091.

»Huius (abb. Eberhardi II) temporis quidam monachus Werinherus nomine, qui a quibusdam causa civilitatis Weczil dicebatur, artificiosus anaglypha in scripturis et in picturis et in ornamentis librorum de auro et argento subtilis, qui industria sui laboris suffragioque praedicti abbatis tabulam in superiori parte triangulatam de auro et argento et electro et gemmis et lapidibus ornatam et quinque vitreas fenestras et quoddam fusile opus de aere factum et lavacro aptum huic contulit ecclesiae, in quo Werinherus et in tabula Weczil intitulatum invenitur. Postea decanus factus est.«[6])

Rudolfus aurifex Coloniensis c. a. 1056 in recensu civium parochiae S. Laurentii tempore Annonis.[7])

Arnolt incisor ibid.

Meginzo incisor ibid.

---

1) Vita Abbonis ap. Mabillon Acta SS. O. S. B. VIII. p. 51.
2) Vita Meinwerci ep. c. 181. ap. Pertz SS. XI. p. 148.
3) Monachi Sazaviensis Contin. Cosmae ap. Pertz SS. IX. p. 153.
4) Vita Theodorici Abb. Andaginensis ap. Pertz SS. XII. p. 58. cf. Chron. S. Huberti Andagin. ap. Pertz SS. VIII. p. 573.
5) Codex Tradit. Tegernsee in Mon. Boicis VI. p. 158.
6) Monum. hist. monast. Tegernsee illustr. ap. Pez thes. II. P. III. p. 515.
7) Classen, Das edele Köln.

Adalbert aurifex Coloniensis.[1])
Egerie incisor Coloniensis.[2])
Friedrich aurifaber Coloniensis.[3])
Godefrid incisor
Rudolf incisor
Theodoricus aurifaber
Titricus campanarum fusor
} Colonienses.[4])
Winant steinmezeler.[5])
Odo aurifaber Cadomi c. a. 1087.

»Guillelmus Rufus auri, argenti gemmarumque copiam Odoni aurifabro erogavit et super patris (Guillelmi Nothi) sui mausoleum fieri mirificum memoriale praecipit. Ille vero regiis iussis parens insigne opus condidit.«[6])

Guinamand monachus et aurifaber Lemovicensis.[7])
Thiemo archiep. Iuvaviensis ob. 1101.

»Ingenuis parentibus alto Baioariorum genere oriundus Altensi monasterio tam regularibus quam scolaribus disciplinis traditus. Non modo eas artes quas liberales appellant sed et mechanicas universas simul, pictoriam fusoriam sculptoriam carpentariam omniaque huiusce genera et species in modis et in formis instar mollis cerae quam ducere artifex manus et fingere milleformiter queat, docili ingenio assecutus est et facili usu. Exstant mira huiusmodi operum eius usque hodie, quae nemo unquam artificum se confessus est posse aequare. — Thiemo in terra paganorum in civitate quae vocatur Corozaim iussu regis Babylonici glorioso martyrio feliciter consummatus migravit ad dominum.«[8])

Saec. XII.

Bertholdus custos in monast. Zwifaltensi, aurifaber c. a. 1110.

»Duo candelabra deaurata, in quibus quatuor Cherubini super quatuor evangelistas stantes decentissime me patrante manu artificis sunt facta. Item alia duo magna candelabra eximiae pulchritudinis et mirifici operis a me excogitata et perfecta, deaurata crystallis insignita.«[9])

Hermannus aurifaber Coloniensis c. a. 1150.
Mauritius aurifaber Coloniensis.
Henricus incisor Coloniensis c. a. 1160.[10])
Pertholdus laicus aurifex Iuvaviensis, in necrologio S. Petri.[11])
Pertholdus aurifex, ibid.[12])
Richerus laicus campanarum fusor ibid.
Chunradus incisor ibid.
Ortliebus aurifex ibid.

---

1) Auszüge aus den Kölner Schreinsbüchern. ap. Merlo Nachrichten von d. Leben Kölnischer Künstler.
2) ibid.
3) ibid.
4) ibid.
5) ibid.
6) Orderic. Vitalis l. VIII. c. 1 ap. Duchesne SS. rer. norman. p. 663.
7) Texier, Essai sur les argentiers de Limoges.
8) Passio Thiemonis archiep. Iuvav. ap. Pertz SS. XI. p. 53.
9) Bertholdi Chron. ap. Pertz SS. X. p. 119.
10) Merlo v. s.
11) Archiv f. österr. Gesch. 1858.
12) Pertholdum hunc cum Pertholdo laico non unam et eandem personam fuisse demonstrant diversa eorum anniversaria.

Fridericus aurifex Admontensis testis traditionis, quam Codex diplom. Admont. exhibet.[1])
Udalricus faber lignarius testis de conversis laicis coenobii c. a. 1137. ibid.
Heriandus, Henrici Ostermanni frater incisor c. a. 1167 testis in charta Baumbergensi.[2])
Geroldus incisor, Patavinus, testis.[3])
Nithardus tornator de Berchtesgaden testis in charta Benedictoburana.[4])
Sigimarus faber, ministerialis comitis Berchtholdi ibid.
Bernhardus aurifex, ministerialis comitis Berchtholdi ibid.
Heinricus aurifex de Lainegraben ibid.
Heinricus aurifex, testis in charta No. 169 Claustroburana.[5])
Philippus aurifex ibid. No. 190.
Engelbrecht aurifex No. 613.
Fridericus cum filio Phylippo et uiro Walthero aurifices ibid. No. 614.
Chunradus dornator ibid. No. 684.
Henricus incisor ibid. No. 731, 766.
Vlricus incisor ibid. No. 731, 766.
Sintram aurifex ibid. No. 778.
Berchtoldt et Cumboldt in colle aurifices, testes in charta traditionis S. Emmerari Ratisbon. No. CXXX. (c. a. 1143—1149).[6])
Perinhart artifex lignorum ibid. No. CXLIV.
Heimo aurifex a. 1171. ibid. No. CLXXX, CXCVI.
Salman aurifex ibid. No. CXCI.
Dietricus aurifex ibid.
Salman et Wernt aurifices ibid. No. CXCVI.
Gotfridus aurifex Ratisbonensis.

»Aurifex quidam Gotfridus nomine, natione Suevus, in artis illius omni genere cunctis qui erant Ratispone peritior.«[7])

Regnardus abbas Sazaviensis a. 1162.

»Ad humilia etiam quaequam opera nullus eo promptior, nullus agilior, nullus efficacior; fuit in eo peritis pingere et sculpere quaslibet imagines ligno vel osse vel etiam diversi generis metallo, fabrilis quoque non ignarus fuit artis et omnis quae ex vitro fieri solet compositionis.«[8])

Wibertus fusor et aurifex Aquisgranensis.

»Wibertus frater Stephani maximam operam et maximum laborem ad opus coronae, ad tectum totius ecclesiae, ad crucem deauratam in turri, ad campanas adhibuit, et omne feliciter consumpsit.«[9])

Petrus abbas aurifex Lemovicensis.[10])
Isenbert Lemovicensis c. a. 1174.[11])

---

1) Pez thes. III. p. 716.
2) Cod. Tradit. Baumberg. in Mon. Boicis III. p. 69.
3) Codex Patav. in Mon. Boicis XXVIII. p. 89.
4) Codex Tradit. Benedictobur. in Mon. Boicis VII. p. 56, 57, 58.
5) Fontes rerum austriacarum 1858.
6) Pez thesaur. I. P. III. p. 143.
7) Vita Erminoldi abb. Pruveningensis c. 38. ap. Pertz SS. XII. p. 498.
8) Monach. Sazav. Contin. Cosmae ap. Pertz SS. IX. p. 161.
9) Quix Necrolog. eccl. B. Mariae V. Aquensis p. 18.
10) Texier, Essai sur les argentiers et émailleurs de Limoges.
11) ibid.

Aribertus de Paxiliano monachus et sculptor Mediolanensis c. a. 1150, qui sedilia in eccl. S. Ambrosii fabricavit.[1])

Matthaeus aurifex Iadirae c. a. 1144.[2])

Dominicus aurifaber Ianuensis a. 1163.[3])

Anketillus monachus S. Albani temp. abb. Ganfredi c. a. 1119—1146.

»Anketillus in Daciam venerat ad regis Dacorum mandatum ad quippiam operis eidem faciendum. Ubi per septennium moram commemorans, regis praeerat operibus fabrilibus, monetae custos et summus trapezita. Hic cum reperisset amicos et consanguineos de licentia regis domini eos visurus et honestatem claustri S. Albani vidisset placuit ei ibidem morari habitum sumens religionis.«[4])

Martinus „monachus (Aeduensis) lapidum mirabilis arte", cuius nomen et opus (sarcophagus S. Lazari) novissimis tantum diebus palam factum est.[5])

III. Pictores.

Saec. IX.

Brun vel Candidns monachus Fuldensis, ab abbate Ratgero, ut supra meminimus, ad Einhardum variarum artium doctorem peritissimum missus. Ipse artem suam versibus laudat:

Absida quam super exstructa namque imminet ingens
Quamque egomet, quondam hac Christi nutritus in aula
Presbyter et monachus Bruun vilisque magister
Depinxi ingenio tenui, parvâque Minerva
Formans expressi varios ferragine vultus.[6])

Rudolphus monachus Fuldensis tempore Hrabani Mauri, qui epigramma edidit:

Hoc opus, hoc etiam iussu confecit Isambert
Hoc Rodulf pictor arte manuque dedit.[7])

Hatto Bonosus, Hrabani Mauri in abbatis munere successor.

Nam pictura tibi cum omni sit gratior arte,
Scribendi ingrate non spernas posco laborem.[8])

Hilpericus c. a. 829—833, cuius litterae Ep. Servati Lupi ad Marcwardum abb. Prumiensem mentionem faciunt:

»Abbas monasterii quod germanice Saligstat appellatur, vos obsecrat, ut tabulas, quas Hilpericus pictor bestis vovit martyribus, hebdomade secunda post Pascha ipsi dirigere dignemini.«[9])

Theodegar monachus monast. Corbicensis c. a. 895.

»Theodegarius confrater noster passionem dominicam penna artificiose depictam conventui dedit pro memoria sui, quod artificium omnes laudant.«[10])

Saec. X.

Notkerus monachus Sangallensis.

»Notkerus doctor pictor medicus. Picturas post arsuram plures Gallo fecerat, ut videre est in ianuis et laqueari ecclesiae et libris quibusdam.«[11])

---

1) Mittelalterl. Kunstdenkm. Oestr. II. p. 17.
2) Jahrb. der k. k. Centralkommission 1861. p. 178.
3) Hist. Patriae Monum. Augustae Taurinorum. Chartarum tom. II. p. 891.
4) Matthaeus Paris, Vita Abb. S. Albani I. p. 78.
5) Annales de la société Éduenne pour les années 1853—1857, publiés 1858.
6) Mabillon Acta SS. O. S. B. V. p. 243.
7) Hrabani Mauri carmina (ed. Migne) VI. p. 1641.
8) ibid. p. 1608.
9) Duchesne SS. h. Franc. II. p. 768.
10) Annales Corbeienses. ap. Leibnitz SS. II p. 299.
11) Casus S. Galli. ap. Pertz SS. II. 136.

Chunibertus monachus Sangallensis.

»Ch. doctor fuit summe planus, pictor ita decorus, ut in laqueari exterioris S. Galli ecclesiae circulo videre est.« [1])

Ymmo abbas Sangallensis c. a. 982—990.

»Ymmo abbas auream tabulam, quae usque hodie ante altare S. Galli preciosior in arte quam in materia ostenditur, ipse diligentissimo studio incoepit et pene usque ad unguem perduxit. Casulas etiam optimas illas ille fieri instituit. Abbas quoque quasdam deauratas in margine et in pectorali, quae usque hodie singulari studio ornatae videntur, ipse elaboravit. Monasterium probato studio depinxit. Othmari etiam ecclesiam, ut in fornice de ipse dictum est:

Hanc Othmare domum tuus Ymmo ornavit et auxit.

Crypta et fornicibus gypsi auri speciebus convenienter auctam auro coloribus ornaverat.« [2])

Ulricus Ymmonis successor (a. 990—996).

»Fecit Ulricus illam capellam, in qua sepulcrum domini maximo studio auro et coloribus ornatum positum est. Quam cum ad integrum perduxisset, aras in capella constructas consecrari fecit. Ad dexteram partem eiusdem capellae assumptionem S. M. V. cum depinxisset, aram etiam ibidem consecravit, in sinistra vero parte dormitionem S. Iohannis cum decolorasset, sibi etiam inibi aram aedificavit. Reliquam etiam tabulam deauratam, quae est ante altare S. Galli, quicquid ab Ymmone in ea imperfectum remansit, iste mox complevit.« [3])

Anderedus monachus monast. Corbeiensis.

»A. 958 Anderedus obiit 13. Kal. Aprilis bonus coenobita et insignis musicus et pictor.« [4])

Hademar illuminator in monast. Augiensi a. 912.[5])

Ruodbracht pictor Fuldensis ob. 977.[6])

Ratgis laicus et pictor Fuldensis ob. 983.[7])

Hugo mon. Dervensis temp. Gibuini ep. Catalaun.

»Loco N sub strenua monachorum disciplina puer Deo fertur oblatus; cui a primis annis vivere ut libuit maiorum religio prohibuit, sed diversis artium exercitiis non mediocriter instruxit et eorum rectos actus volens nolensve secutus est usque in tempora iuvenilis aetatis, quando ut illa fert aetas, nimis dissolute ut libuit vivere quaesivit. Sed quia religionis usus talia prohibendo compescuit, exosum tenuit quod pie amare debuit, fratrumque cum quibus fuerat altus collegio posthabito fugit Catalaunum. Huius tunc urbis pontifex Gibuinus agnita eius scientia gratanti eum benignitate retinuit impellens eum ad renovanda suae ecclesiae quae erant obnubilata multorum temporum vetustate, suarum opum ei tribuens fruendi liberum arbitrium. Ille vero dum huiusmodi mortalis vitae gloria fruitur libere, ultra modum coepit oblivisci futurae. Antistes supradictus ad consecranda moenia templi SS. Apostolorum Petri et Pauli sanctique Bercharii Martyris ire disponens, secum duxit hunc sibi familiarem. Ibi prudentiam studiorum huius auditu percipiens honorandus abbas Berengerius cum suis ingenti supplicatione impetravit ab ipso eum sibi dimitti. Redeunte autem pontifice ad propriae sedis cathedrale praedictus abbas fratresque hunc sibi favorabiliter relictum in remoto diversorio cum sibi necessariis manere constituerunt ubi ad votum cuncta ei etiam superflua ministrantes, formam crucis dominicae iubent ut noverant eum posse formose componere. Dum formose in cruce sculperet imaginem redemtoris acri languore correptus ad extrema perducitur. — A daemonibus appetitus coelibus defenditur, sanatur et monasticum habitum resumit.« [8])

---

1) Casus S. Gall. ap. Pertz SS. II. p. 138.
2) ibid. p. 150.
3) ibid. p. 151.
4) Annal. Corbeienses ad a. 958.
5) Fiorillo I. c. 284.
6) Excerpta necrol. Fuldensis ap. Leibnitz SS. rer. Brunsv. III. p. 967.
7) ibid.
8) Mirakula S. Bercharii abb. Dervensis ap. Mabillon Acta SS. O. S. B. III. p. 855.

Aethericus monachus et pictor Wintoniensis.

»XIII. Cal. Mai. obitus Aetherici monachi pictoris.«[1])

Wulfricus monachus et pictor Wintoniensi.

»V nonas Iul. obitus Wulfrici monachi pictoris.«[2])

Dunstan archiep. Cantuarensis 925—988.

»Hic etiam inter sacra litterarum studia ut in omnibus esset idoneus artem scribendi nec non citharizandi pariterque pingendi peritiam diligenter excoluit atque ut ita dicam omnium rerum utensilium vigil inspector offulsit.«[3])

»Praeterea manu aptus ad omnia posse, facere picturam, litteras formare, scalpello imprimere ex auro argento aere et ferro quicquid liberet operari.«[4])

Saec. XI.

Iohannes, gente Lombardus, ordine episcopus, arte pictor egregius, in fine saec. decimi, initio saec. undecimi Aquis et Leodii occupatus. c. a. 1008.

»Hac nimirum tempestate vir erat venerabilis, Iohannes nomine, natione et lingua Italus, episcopus officio, qui sui gratiam nominis moribus illustrabat candidatis et pietatis studio. — Peribetur etiam satis egregie in arte picturae illis temporibus claruisse. Cuius rei experimentum si quis exigit, Aquis eum dirigimus ubi palmam adhuc optinet tanti artificis opus, licet vetustate temporis ut res cetere ex magna parte decorem suum amiserit. Quis autem imperator eundem a patriae sustulerit gremio, brevi in eadem pictura declaravit hoc versiculo: A patriae nido rapuit me tercius Otto. Alter etiam versus ibidem appositus breviter huius artificis pandit titulum, qui se habet in hunc modum: Claret Aquis sane, tua qua valeat manus arte. In loco etiam nostro, quem plurimum dilexit, ubi et tumulari meruit, suae monumenta picturae dereliquit. Cancellum enim nostrum honeste depinxit.«[5])

Transmundus frater „pictor ab Italia“ in servitio Adelberti Bremensis.[6])

Buno iuvenis Hildesheimensis cubicularius episcopi, pictoriae artis opifex. temp. Godehardi ep. c. a. 1038.

»Habebat quoque beatus pater in privato suo ministerio iuvenem quendam illustrem, filium vidoae, pictoriae artis opificem, qui vilia eius vestimenta calciamentaque servabat, nomine Bunonem. — Saepe dictus puer Buno in domo matris suae iuxta ecclesiam sancti Michaelis, extremo tantum spiritu in solo pectore palpitante, desperatus iacebat.«[7])

Liudegerus Hildesheimensis.

»Quidam de operariis nostrae ecclesiae nomine Liudegerus, cum in atrio nostro ligna collocaret, graviori quadam trabe decidente penitus debilifactus est. Qui miser super debilitatis suae dolorem graviori semet moerore saepius afflixit, quia ad opus cui mancipatus erat, utilis esse non potuit, quicquid tamen a pueris fieri vidit, in hoc se voluntaria ut utilitate studiosus exercuit. Consuetudo namque nostro pontifici fuit, ut puerolos vel etiam pauperes validiores saepius per plateas vel per defossas petrarum ageret foveas, qui sibi minutos lapillos quosdam nivei coloris vel nigri vel rubri interdum vel varii deferrent, quos ipse climatos et politos variaque collisione vel confricatione in similitudinem pretiosorum lapidum redactos aut in altaribus aut libris aut in capsis honeste collocavit. In quo nimirum opere praedictus ille pauper se privatim exercuit et caeterorum industriam utiliter praevenit, et pro curiositate tali episcopo penitus complacuit. Interdum autem et pictoribus et eis qui vitro fenestras componebant, se admiscuit, inter quos etiam utiliter operosus exstitit.«[8])

---

1) Necrol. Wintoniense in Archaeol. Brittanica XXIV. p. 40.

2) ibid.

3) Gervasius Acta pontif. Cantuar. ap. SS. hist. Angl. X. P. I. col. 1647. cf. Acta SS. 19. Maii. p. 350.

4) Mabillon Acta SS. O. S. B. VII. p. 664.

5) Vita Balderici ep. Leod. c. 13. ap. Pertz SS. IV. 729. cf. Hist. mon. S. Laurentii Leod. ap. Pertz SS. VIII. p. 265.

6) Bruno de bello Saxon. ap. Freher SS. I. p. 175.

7) Vita S. Godehardi ap. Pertz SS. XI. p. 263.

8) ibid. c. 35.

Ellingerus abbas monasterii Tegernseensis, illuminator qui beluarum imaginibus codicem Plinianum ornavit, aliosque codices — bibliothecas — picturis illustravit.[1])

Manegold abbas Sangallensis pictor.

»Manegoldus abbas lacunar quod est extra chorum de materia genealogiae Christi depinxit et diem iudicii in muro bonis coloribus ordinavit.«[2])

Meginher abbas monast. Hersfeldensis, qui in Chronico longo post eius mortem scripto pictor laudatur.[3])

Seghefridus episc. Monasteriensis ob. 1032.

»Seghefridus ep. dedit ecclesiae prealtare subtilissimum quod propriis manibus fabricavit et fecit in ecclesia altare vitreum artificialiter completum.«[4])

Bernardus monachus mon. Belloloconsis (c. a. 1005—1028) de quo, an pictor, an picturarum ordinator fuerit, non satis constat.

»Adnotare hic volumus qualiter Christi famulus ac monachus nomine Bernardus voluit lubentissimo animo in hon. V. M. aliquas terras vel vineas comparare ad oratorium illuminandum quod est in Belloloco.

Idem Bernardus voluit in eodem monasterio depingere qualiter Dei filius est ab angelo nunciatus, quomodo iam dicta eius genitrix salutaverit Elisabeth, quomodo natus qualiter nutritus, quomodo in templo praesentatus, a Magis adoratus.«[5])

Rogerus pictor Remensis.

»Illuminavit abbas (Theodoricus) S. Huberti Andaginensis, quoque oratoria quae exstruxerat pulcherrimis fenestris quodam Rogero adducto ab urbe Remensi valenti admodum viro et promtissimo huius artis et peritissimo.«[6])

Herbertus monachus monasterii S. Huberti Andaginensis pictor.

»Herbertus pictor, praematura morte praeventus.«[7])

Aelsinus monachus novi monasterii prope civitatem Wintoniensem, illuminator.[8])

Rusticus clericus et pictor Florentinus c. a. 1066.[9])

Saec. XII.

Bertholdus monachus Zwifaltensis pictor c. a. 1109.

»Monasterium a. 1109 dedicatum Bertholdus pictor frater noster honeste depinxit depictum fenestris pulcherrimis illuminavit. Capellam S. Michaelis Bertholdus depinxit«[10])

»15 Kal. Febr. Bertoldus m. n. c. magister pictor. Iste totum monasterium pictura et aliis ornamentis et fenestris ornavit.«[11])

Godescalcus pictor, testis in charta traditionis Benedictoburana subscriptus.[12])

Hartmandus pictor, ministerialis ecclesiae c. a. 1147. ibid.

Bernhardt pictor, ministerialis ecclesiae ibid.

---

1) Günther, Gesch. d. literar. Anstalten von Bayern I. p. 152.
2) Casus S. Galli Contin. II. ap. Pertz SS. II. p. 192.
3) Chronotaxis abb. eccl. Hersfeldens. ap. Fiorillo I. p. 430. cit.
4) Chron. ep. Monasteriens. ap. Ficker Geschichtsquellen des Bisthums Münster I. p. 14.
5) Cartular. monast. de Belloloco ed. Deloche (Docum. inédits sur l'hist. de la France) p. 213. No. CLIV.
6) Chronicon S. Huberti Andaginensis ap. Pertz SS. VIII. p. 573.
7) ibid.
8) Archaeologia Brittanica XXIV. p. 330.
9) Archivio diplomatico di Firenze. Carte di S. Piero maggiore di Pistoja.
10) Bertholdi chron. mon. Zwifaltens. ap. Pertz SS. X. p. 103.
11) Necrologium Zwifalt. ibid.
12) Monum. Boica VII. p. 50 seq.

Eberhardus pictor Puhilensis. ibid.
Godescalcus pictor, ministerialis comitis Berchtholdi. ibid.
Gotfridus pictor. ibid.
Godescalcus pictor, ministerialis ecclesiae. ibid.
Heinricus pictor, ministerialis ecclesiae. ibid.
Godoscalcus pictor de Pessinbach, ministerialis. ibid.
Waltherus vittriacus, testis in charta Claustroburana No. 10. subscriptus.[1])
Perchtoldus vittrarius ibid. No. 414.
Chunrath pictor ibid. No. 428.
Chunradus pictor ibid. No. 684, 707, 711.
Waltherus pictor, testis in charta trad. S. Emmerani No. CXXXIV subscriptus.[2])
Ebbehrat pictor ibid. No. CLIV.
Chunrad pergamenarius ibid. CXIX.
Engelbertus pictor, testis in charta tradit. Garzensi.[3])
Geroldus pictor, in necrologio S. Petri Iuvaviensis.[4])
Udalricus pictor ibid.
Eberhardus vitricus laicus ibid.
Anshalm pictor, Ratisponensis in Calend. necrologico monast. super. Ratispon.[5])
Henricus pictor de Gurk.[6])

Probabiliter et Hiltpoldus et Victricus de Gurk pictores artem suam iam saeculo duodecimo exercuerunt; nomina eorum tamen in chartis solum primis saeculi tertii decimi annis editis reperiuntur.

Ludewicus meilre a. c. 1175 Coloniensis.[7])
Girolamo, „cherico e pittore, figliuolo di Morello a. 1112,“ Florentinus.[8])
Marchisello pictor Florentinus, qui a. 1191 tabulam pinxit, adhuc saec. decimo quinto in eccl. S. Thomae servatam.[9])
Nomina pictorum Italorum aliorum quos saec. XII. vixisse affirmant scriptores recentiores uti Barnabas (ob. 1150), Bizzamanus (a. c. 1184), Ventura de Bononia, Guido et Pietrolinus, huic catalogo non adiungebantur, quia scriptores coaevi nullam de illis mentionem faciunt. Andreas Rico de Candia etiam in nostra artificum serie frustra expectabitur. Inscriptionem tabulae in pinacotheca Florentina servatae spuriam esse, tenor illius: „pinxit in XI saeculo“ iam satis demonstrat.[10])

1) Fontes rerum austriac. 1858.
2) Pez thesaur. I. P. III. p. 143.
3) Mon. Boica I. p. 52.
4) Archiv f. österr. Gesch. 1858.
5) Böhmer Fontes III. p. 486.
6) Ankershofen Urkundenregister f. K.-Gesch. No. 97.
7) Merlo Die Meister der Kölner Malerschule. p. 3.
8) Archivio diplom. di Firenze. Parte dell abbazia di Pasignano.
9) Del Migliore, Firenze illustrata p. 486.
10) Gal. I. R. de Firenze. p. 61.

Deest otium, deest, quod magis doleo litteraria supellex ad artificum nomina in chartis chronicisque, inexhausto, hucusque vix aperto fonte, amplius perscrutanda. Spero tamen, fore ut ea quae adtuli nomina, etiamsi multo maior artificum numerus maneat in chartis chronicisque occultus, sufficiant ad quaestionem de qua agitur plane solvendam.

Tantum abest, ut ea quae chartae chronicaque docent, cum inscriptionibus supra adhibitis in omnibus congruant, ut quae his probata videbantur, in dubium nunc vocentur. Arctiori saltem ea quae inscriptionibus demonstrata sunt, limite circumscribere oportet. Nam, cum inscriptionum ratione habita clericorum de artibus colendis merita negare fas fuisset, chartae atque chronica illos strenue in architectura, pictura et arte plastica occupatos testantur. Ducenta decem circiter artificum nomina e chartis et chronicis excerpta habemus quorum sexaginta quatuor monachorum clericorumque, centum quadraginta sex laicorum ordinem profitentur, et quidem inter architectos 20 clerici, 55 laici, inter sculptores 19 clerici, 61 laici, inter pictores 25 clerici et 32 laici reperiuntur. Illos sexaginta quatuor artifices clericos esse certum habemus, cum munera ecclesiastica, quibus singuli funguntur, scriptores aperte distinguant. Neque vero de caeterorum ordine laico ulla dubitatio esse potest. Nusquam clericalis eorum status designatur, appellantur servi sive ministeriales,[1]) de locis quos inhabitant: Berchtesgaden, Pühel, Laingruben, Pessenbach cognomina habent[2]), in domo paterna degere narrantur,[3]) ad traditiones vel oblationes testimonio confirmandas arcessiti a clericis seiuncti militibus et nobilibus praecedentibus, villicis, ioculatoribus, mercatoribus, carneficibus associantur.[4]) Filii denique etiam in arte quam exercent, patrum vestigia sequuntur; arti paternae ut caeteris bonis heredes instituuntur.[5]) Cum vero ne remotiores quidem loci, prope monasteria, procul ab urbibus siti artificibus laicis careant, quis prioribus medii aevi saeculis monachos s o l o s artibus colendis occupatos asserere conabitur? Monachi et clerici sine dubio artibus usque ad saeculum tertium decimum et ultra ingenium adhibent, sed illis quoque temporibus artificum laicorum numerum maiorem fuisse chartae et chronica minime negant.

De artificum laicorum vita scriptores praeter nomen et locum, quo illi nati sunt, paucissima adferunt, artifices ordini clericali adscriptos uberius tractant, quae omnia si collegeris, maiorem artificum clericalium numerum non monachos certam regulam profitentes, sed clericos saeculares fuisse animadvertes.

Benno episcopus Osnabrugensis, Otto Babenbergensis, Bernwardus Hildesheimensis, Gerardus Cameracensis aedificandi peritissimi laudantur. Quod si quis illorum peritiam atque ingenium monasticae educationi deberi contendit, respondendum erit, scriptores ubi e. g. de b. b. Thiemonis et Bernwardi educatione agunt, hos excusare quod non solum in artibus liberalibus sed etiam in technicis edocti fuerint. Quid excusatione opus esset, si disciplina monastica artium technicarum notionem regulariter esset amplexa?

Artifices monachi porro, ut T u o t i l o, terras longe lateque pervagantes, modo in hac modo in illa regione artem exercentes describuntur, cucullum nonnisi aetate provectiores, ingenii artisque fama, ut A n a s t a s i u s et A n k e t i l l u s, iam diu fruentes induunt; etiamsi in monasteriis morantur, tamen disciplinae monasticae non subiiciuntur, in remoto diversorio, ut H u g o D e r-

1) Codex tradit. Benedictobur. pag. 51, 57, 66, 70.
2) Cod. trad. Benedictobur. p. 52, 55, 58, 71.
3) Buno Hildesheimensis v. s.
4) Mon. Boica. VI. p. 146. Codex tradit. Claustrobur. No. 92, 146, 169.
5) Mon. Boica. VIII. p. 431. Cod. tradit. Claustrobur. No 144.

vensis fecit, degentibus etiam superflua illis ministrantur, quae omnia ad firmandam de indolis et disciplinae monasticae in artibus imperio opinionem haud quadrare videntur et monasteria consueta artificum habitacula fuisse in dubium vocant. Qui artium notionem in coenobiis conservatam esse adfirmant, opinionem suam capitulis quinquagesimo septimo et sexagesimo sexto regulae S. Benedicti stabilire student cuius haec verba sunt: „artifices si sunt in monasterio, cum omni humilitate faciant ipsas artes si permiserit abbas" et (capit. de ostiariis): „monasterium ita debet constitui ut omnia necessaria id est aqua, molendinum, hortus, pistrinum vel artes diversae infra monasterium exerceantur." His artibus non sordidas solum sed etiam mechanicas intelligi docemur inscriptionibus ichnographicae delineationis monasterii S. Galli, ubi officinae sutorum, fullonum, fabrorum iuxta aurifices et tornatores ordinandae designantur, docemur etiam monito Ordinis Farfensis: „Iuxta cellam noviciorum sit alia cella ubi aurifices vel inclusores seu vitrei magistri conveniant ad faciendam ipsam artem." [1]) Firmat illam opinionem porro epistola abbatis Sigfridi Tegernseensis ad Henricum quartum imperatorem: „Si vero istos ullus coenobitas vendicat in servitutem, profecto hic deficiet omne artificii exercitium; quia posthinc, quos taedet vivere, nullum his desiderium est pingere aut scribere." [2]) Alia testimonia monachorum industriae habemus in vita b. Hartmanni abbatis Gotwicensis: „Erant sub illo et alii viri praedicandi ingenio et artibus praediti scriptores, pictores, sculptores, fusores et aliis artibus praeclari" [3]) nec non in chronico Hildesheimensi: „Godehardus in curte sua Hildeneshem veteri ecclesia, quam Othwinus episcopus ibidem aedificavit dilapsa, pulcrum monasterium in hon. ascensionis Christi construxit, in quo clericos plures in diverso studio scripturae et picturae rationabiliter utiles congregavit." [4]) Aliis insuper exemplis monachorum artium studium probabimus, ne forte quae opinioni nostrae contraria sunt, reticere videamur. Basilica S. Ruperti Iuvaviensis a. 1128 exusta est. Huius exustionis causa a scriptore eiusdem temporis [5]) paucis explicatur: „Fratres apostolicae paupertatis imitatores ab archiepiscopo Cuonrado in ea locati dum propensiorem divinis rebus impendere student devotionem, etiam signis plebem convocantibus maiorem exhibent decorem, unde factum est, ut materiam fusoria arte praeparatam in vicina ecclesiae parte locarent et liquescenti metallo ignem subministrarent. Inde ignis elapsus omnem corripuit basilicam in proprias vires lovem nactus materiam."

Quod monachorum aedificandi industriam spectat, illos non solum opera dictasse, sed etiam serviles et duros labores suscepisse scimus. Abbas Clusensis „Benedictus oratoria monasterii et necessaria quaeque fratribus habitacula aedificare et amplificare studens, ad hoc opus frequentissime sequente fratrum et iuvenum caterva cum silentio psallendo incurvo dorso non sine sudore lapides et cementa ferebat." [6]) Idem de Hugone episcopo Lincoloniensi (a. 1187) poeta coaevus narrat:

— — — — — — — — — mira construit arte
Ecclesiae cathedralis opus: quod in aedificando
Non solum concedit opes, operamque suorum
Sed proprii sudoris opem, lapidesque frequenter
Excisos fert in calatho calcemque tenacem. [7])

1) Pertz SS. IX. p. 547.
2) Pez thesaur. VI. P. I. p. 239.
3) Pez SS. rerum austriacarum I. p. 133.
4) Pertz SS. VII. p. 852, c. 14.
5) Mon. Boica XIV. p. 399.
6) Pertz SS. XII. p. 200.
7) Metrical life of St. Hugh of Lincolm edited by the Rev. T. F. Dimock. 1860.

Monachi pia haec sanctorum virorum exempla imitantur et aequali ardore quaecunque operi necessaria sunt, lapides, calcem, sabulum, ligna humeris portare non cessant. „Fratribus operantibus," legitur in actis sanctorum[1]), „aliquando crates lapidum ruderibus graves de superioribus muri ruebant in terram." Teste Trithemio monachi Hirsaugienses sufficiebant ad splendidum monasterii opus consumendum: „Coepit rev. abbas Wilhelmus monasterium maius construere a. 1082 et in novem annis totum aedificium perfecit. Huius autem aedificii non alios habuisse artifices credendus est quam monachos suos, quippo cum fere ducenti essent numero: erant inter eos latomi fabri lignarii ferrariique et architecti in omni genere et scientia architecturae procul dubio expertissimi, quo totum opus sine adiutorio secularium artificum egregio tabulatu consummarunt."[2]) Ubi contra monachi deerant, maxima aedificandi ardori impedimenta inferuntur. „Adalbertus ep., narrat Adamus Bremensis, cogitavit refectorium, dormitorium cellarium et ceteras fratrum officinas omnia ex lapide facere si locus aut otium suppeditarent. Ad quae omnia cum sibi habundo ad manus fore gloriaretur, ut pace fratrum dicam, solum clericorum et lapidum penuriam saepe querebatur."[3]) Monachos denique artes exercuisse nonnunquam sui quaestus et privati commodi causa docemur statuto capituli generalis ord. Cisterciensis a. 1157 quo declaratur, monachos vel conversos artifices ad operandum saecularibus concedi non licere.[4])

Haec testimonia primo aspectu firmissima quaestionemque plane solventia, si accuratius illa perpenderis, arctioribus finibus circumscribuntur. Nolumus sermonem hypotheticum in regula S. Benedicti premere, cum pateat primis post fundata in locis remotis et seclusis monasteria temporibus dira necessitate monachos coactos fuisse, ut omnes labores sustinerent; artes necessitate non amplius urgente eandem servasse conditionem nullo modo manifestum est. E Trithemii monachorum Hirsaugensium eulogio etiam contraria colligi possunt: cum monachos Hirsaugenses operi consumendo solos suffecisse tanquam rem singularem et memoratu dignissimam laudat, nonne confitetur, pleraque alia opera non sine artificum saecularium auxilio perfecta esse? Quod clericorum penuriam spectat, de qua Adalbertus Bremensis queritur, defuisse qui inhabitarent et non qui construerent monasterium credimus. Acta Benedicti Clusensis, Hugonisque Lincoloniensis virorum sanctitatem, nequaquam autem ingenium probant, sanctitatem operantium etiam coaevis significabant, teste poeta anglico, cuius vitam rhythmicam b. Hugonis iam supra citavimus:

Debilitas claudi baculis suffulta duobus
Illius officium calathi sortitur, inesse
Omen ei credens, successiveque duorum
Indignatur opem baculorum. Rectificatque
Curvum, quae rectos solet incurvare diaeta.[5])

1) Acta SS. O. S. B. VIII. p. 449.

2) Chronicon monast. Hirsaug. ad. a. 1082.

3) Adam Brem. l. III. 3. ap. Pertz SS. VII. p. 336. Hermannus Müllerus in libro suo: Der Dom zu Bremen und seine Kunstdenkmale (p. 7) Adami verba explicat: »Die Geistlichen sind also damals noch die Bauenden.«

4) Martène et Durand thesaur. anecd. IV. p. 1250. Nota eiusdem statuti aliud capitulum: Artifices intra claustrum vel tam prope operentur, ut ad horas regulares possint occurrere.

5) Metrical life of St. Hugh.

Iuvabit observare, artifices clericos, ingenio diffidentes, miracula in auxilium vocare. Episcopo Alfrido Hildeshoimensi ichnographia basilicae caelitus adparet, Richardus abbas Virdunensis turres ruinam minantes oratione erigit: „Cum turres ecclesiae S. Laurentii Leodiensis in altum iam porrectae et usque ad cacumen elevatae postmodum reclines viderentur et in ruina earum certa esset deiectio ecclesiae: vir dei signum crucis edidit et confestim turres in sese resilientes subsederunt.[1])

Denique hoc quoque quod operariorum vicibus funguntur monachi, ut plurimis exemplis demonstrari licet, cum laicis commune habent.

„Ingens erat Niconi (saec. X.) desiderium Spartae templum domino ac salvatori omnium a fundamentis erigere. Illo exhortante viri simul ac foeminae et privati et magistratus summa statim alacritate ad opus accincti nunc terram egerunt, nunc materiam evehunt, alter alterum studio et diligentia vincere contendunt. Postquam congesta est materia et alii alia structurae idonea suppeditarunt.“[2])

„Robertus, Anselinus et Daniel viri pii et nobiles in pago Albingonsi tres cellulas manibus propriis sibi construxerunt ex lignis silvaticis, terra et foliis.“[3])

„Cum provinciales (saec. XI) una cum civibus loci convenirent ut meliorem et maiorem ecclesiam construerent — nam de lignorum materia prior erat aedificata — quadam die murali insistentibus operi, quidam adductus est energumenus. Quem artifices in illum locum ubi S. Wolfhangus (ep. Ratisbon.) spiritum exhalavit, prostraverunt, ubi mox sanitatis recepit gaudia.“[4])

„Videre erat mirabile, de quam longe quanta hominum multitudo quantoque studio et laeticia lapides, calcem, sabulum, ligna ac quaecunque operi erant necessaria nocte et die plaustris et curribus gratis propriisque expensis non cessarent advehere ad monasterium Trudonense reaedificandum. Columnas populus vicatim funibus plaustris iniectis evidentissimo studio vehendas rapiebat et sine omni boum amminiculo per ipsum quoque fundum Mosae sine ponte traiectas catervatim ad nos ymnisonmis vocibus perducebant.“[5])

Castellariis cum monasterium (saec. XII) construitur, tota vicinia fratres adiuvat.[6]) Similia de coenobio Croylandensi[7]) narrantur. Comites, milites, villici, feminae accurrunt et quisque pro viribus, ille pecuniam offert, alter domum, agrum donat, alter auxilium artificibus conducendis et pascendis spondet, alter denique per certum tempus operarii servitia praestare promittit.

Abbas Sugerus eccl. S. Dionysii reaedificans dum investigat unde marmoreas aut marmoreis aequipollentes columnas sumat „subito larga Omnipotentis munificentia laboribus nostris condescendens, quod nec cogitare nec opinari liceret, decentes et peroptimas in admirationem omnium sanctorum Martyrum revelavit. Locus quadrariae admirabilis prope Pontisaram castrum terrarum nostrarum confinio collimitana vallem profundam non natura sed industria concavum molarum caesoribus sui quaestum ab antiquo offerebat, nihil egregium hactenus proferens, exordium tantae utilitatis tam divino aedificio reservabat. Quoties autem columnae ab imo declivo funibus innodatis extrahebantur, tam nostrates quam loci affines bene devoti nobiles et igno-

1) Vita S. Richardi abb. S. Vitoni Virdun. ap. Mabillon Acta SS. O. S. B. VIII. p. 522.
2) Vita S. Niconis ap. Marténe et Durand Collectio ampliss. VI. p. 862.
3) Gallia Christiana I. p. 75.
4) Othloni Vita S. Wolfkangi ap. Pertz SS. IV. p. 541.
5) Gesta Abb. Trudon. l. X. 1. ap. Pertz SS. X. p. 313.
6) Marténe et Durand Collectio ampliss. VI. p. 1004.
7) Relatio Ingulphi ap. Beriagton, hist. litter. des XI et XII siècles traduite par Boulard p. 151.

biles brachiis, pectoribus et lacertis funibus adstricti vice trahentium animalium educebant et per medium castri declivium diversi officiales relictis officiorum suorum instrumentis vires proprias itineris difficultati offerentes obviabant, quanta poterant ope Deo sanctisque Martyribus obsequentes.[1])

Eedem operandi fervore populum in aedificanda ecclesia maiori Carnotensi incensum fuisse testatur notissima Hugonis ad Theodoricum ep. epistola.[2])

Falluntur ergo, qui monachos clericosque solos artibus colendis operam navasse contendunt; sed ne artifices quidem, qui in monasteriis degunt, omnes monachis adscribi possunt. Plerumque mancipia sunt, homines monasteriis subiecti et certa servitia debentes, educatione tamen, indole et disciplina a veris monachis longe alieni.

Nomina singulorum servorum qui ad certa monasteria pertinent et diversas artes exercent, ut Stracholt imperatoris vitrearius, S. Galli servus[3]) et Ricsindis pictor mansum ingenuilem tenens[4]) declinare, vix opus erit, cum ad statuta generalia provocare sufficiat. In monasterio Corbeiensi provendarii seu artifices servientes secundum cameras vel claustri partes ordinantur tali ratione:

„(De laicis): Ad secundam cameram quatuordecim; ex his aurifices duo, pergamenarius unus, fusarii tres, carpentarii quatuor, medici duo. Isti sunt infra monasterium.“ [5])

In ordinatione monasterii Bobiensis a Wala a. 835 facta praecipitur: „Camerarius abbati provideat omnes fabros tornatores, pergamenarios c. s. p. Magister carpentarius provideat omnes magistros de ligno et lapide praeter eos, quae ad cetera officia deputati sunt.“ [6])

In monasterio Zwifaltensi artifices familiam monasterii constituunt: „In ius nostrum coemerunt ruricolae, vinitores, panifici, sutores, fabri ac mercatores ac artium diversarum vel operum executores.“ [7])

„Monasterium S. Stephani (Weyhenstephan) est in pacifica possessione conferendi et habendi in nostra civitate Frisingensi mechanicos et artifices et negotiatores scilicet praxatorem cerevisiae, cerdonem, carnificem, textorem, pellificem, doliatorem, institorem, pictorem, pisaterem, fabrum currificem.“ [8])

Artifices monasterii Zwetlensis laicos fuisse haec testatur charta: „Item sciendum est, quod in hac domo Zwetlensi magister laterum vel lapidum ab antiquis temporibus honestos redditus ad XXXII talenta denariorum wiennensium habuerunt, qui cesores lapidum et operatores laterum cum eisdem redditibus fideliter expedierunt et ruinosa edificia restauraverunt et stillicidia ab edificiis submoverunt.“ [9])

His demonstratis nonnulla documenta, quae hucusque in favorem artificum monachorum allata sunt, alia ratione explicare et ad artifices laicos in monasteriis degentes referre licebit.

---

1) Sugerus de consecratione eccl. S. Dionysii ap. Duchesne SS. IV. p. 352.
2) Mabillon Ann. O. S. B. VI. p. 352.
3) Monachus S. Galli de gestis Karoli M. ap. Pertz II. p. 31.
4) Breve de Villanova ap. Guérard, Polyptique d'Irminon XV. 9. p. 166.
5) Statuta antiqua Abb. S. Petri Corbeiensis ap. D'Achery Spicil. IV. 1. et Guérard Polyptique de l'abbé Irminon. Append. p. 306.
6) Muratori Antiqq. Italiae V. p. 379.
7) Ortliebi de fundatione mon. Zwifaltensis l. II. ap. Pertz SS. X. p. 77.
8) Mon. Boica IX. p. 503. ad. a. 1146.
9) Liber Fundationes Mon. Zwetlensis in Fontibus rer. austriac. Dipl. III. p. 535.

Lupus Ferrariensis abbas in Gallia saec. IX. ad abbatem quemdam amicum scribit: „Vestram flagito liberalitatem ut duos nostros famulos a vestris fabris, quos peritissimos vos habere longe lateque fama vulgavit, auri et argenti operibus erudiri iubeatis.“ [1])

Isti famuli Lupi et alterius abbatis fabri servi censendi sunt aeque ac vitrearii, de quibus Peringerus abb. ad Godoscalcum ep. Frisingensem scribit: „Quod de vitro petistis, nunc temporis non habemus. Sed quamvis victus nobis incumbat necessitas, statim post Pascha nostros vitrearios iubemus eidem insistere operi.“ [2])

„Quaesumus,“ scribit Henricus praepositus Hippolytani ad abb. Tegernseensem, „liberalitatem vestram, ut iuvenem illum arte pictoria satis peritum, qui apud vos est, H. nomine in partes nostras transmittatis, quatenus adminiculo eius picturae decorem quem in ecclesia nostra coepimus, favente Deo perficiamus.“ [3])

Iuvenis arte pictoria satis peritus, quem, si monachus fuisset, Henricus praepositus talem designasset, etiam servi prae se fert speciem, idemque de „pueris qui in curte Hildesheimensi tempore Bernwardi et Godehardi episcoporum ad artes exercendas impellebantur [4]), nec non de pueris qui e Desiderii abbatis mandato in monasterio Casinensi artem musivariam et quadratariam edocebantur [5]), asseri usus sermonis medii aevi iubet, qui mancipia etiam puerorum voce designare solet.[6])

Aliam documentorum seriem perlustrare restat, quibus artifices laicos et operibus praeesse et operariorum partes agere solitos fuisse demonstratur.

„Gebehardus episcopus Constantiensis (a. 980—995) ex suis praediis monasterium S. Gregorii papae in ripa Rheni fluminis iuxta Constantiam civitatem construxit. Cum autem Deo prosperante iecisset fundamenta ecclesiae, accidit, ut fractis sustentaculis in quibus stabant operarii caderent in terram ita ut opifex, qui praeerat operi toto conquassato corpore quasi exanimis inveniretur.“ [7]) „Idem cum quadam die in saepo dicto loco deambularet obvium habuit quemdam claudum eiusdem loci incolam, qui curvatis ad terram genibus et scabellulis, quos manibus gestabat, caput a terra sustentabat, in modumque quadrupedis omni corpore curvus deambularet. Is autem peritissimus erat in omni sculptura lignorum, sicuti etiam in eiusdem basilicae valvis melius addisci poterit.“ [8])

„Meinwercus episcopus Patherbrunnensis principalem ecclesiam construxit. Operariis autem solerter operi adstantibus, quadam die advenit quidam vir incognitus qui episcopum astantem salutavit suppliciter, suumque servitium ei obtulit humiliter. Qui episcopo quam sciret servitii artem percontante et cementarium et carpentarium se profitetur et mox ab episcopo clavum tunc fortuite lignis compingendis necessarium facere iubetur. Quo celeri velocitate veloci que corporis agilitate decenter et convenienter facto, coopersturus operantibus apponitur, artisque suae

---

1) Ep. 22 ap. Duchesne SS. II. p. 741.

2) Pez thes. VI. P. I. p. 144 cf. ibid. p. 142.: »Quod vobis adhuc non dedimus vitrum ut rogastis, non fuit culpa nostrae tenacitatis sed nondum aliquid praeparatum habuimus. Nunc enim cottidie insistimus eidem operi et cum hoc perficimus, statim post festum S. Andrea mittimus vobis per nuntios vestros.«

3) Pez thes. VI I, II. p. 16.

4) Thancmari Vita S. Bernwardi c. 6. Wolfherii Vita Godehardi c. 35. ap. Pertz SS. IV. p. 758 et XI. p. 216.

5) Leo Ostiens. Chron. M. Casinensis l. III. c. 27. ap. Muratori SS. IV.

6) Lex Burgundiorum LXXVI: »pueri regii wittiscalci.«

7) Vita Gebehardi ap. Pez SS. X. p. 586.

8) ibid. p. 588.

scientia probatus et approbatus omni experientia ab episcopo omni operi praeponitur. — Episcopus praepositis singulis operi magistris ad episcopii negotia disponenda convertitur." [1])

Operarii raro praesto sunt, ubi ecclesiae et monasteria fundantur, nova architecturae monumenta eriguntur, catervatim stipendiis allecti accurrunt, e regionibus extraneis deducuntur. Certae regiones maxima artificum copia gaudent, singula artium genera in singulis regionibus solum vigent, opera secundum diversarum gentium ingenium et indolem plane distinguuntur, quae omnia artem laicorum probant, qui in artibus exercendis unicum vitae finem habent, illisque quaestum victumque necessarium comparant. Si in manibus monachorum dolabrum tantum versaret, artifices singulis locis nunquam deficerent, opera etiam uniformi monachorum disciplina stili uniformitatem quam maximam prae se ferrent.

Ad aedificandum monasterium Scildecense in Guestphalia fabri murarii et cementarii a Gallia deducuntur [2]); Meinwercus episcopus aediculam sacello in honorem B. M. a Geroldo Karoli M. imperatoris consanguineo et signifero aedificato contiguam, per graecos operarios construxit [3]); abbas Balduinus monasterium Hasnoniense caementariis undecunque accitis (a. 1070) aedificavit. [4]) Imperator Henricus II. abbati Richardo Verdunensi impensas dedit, ut caementarios et necessarios artifices ad amplificandum monasterium et coenobium meliorandum munerare largiter posset. [5]) Anno archiep. Coloniensis ad aedificium monasterii montis S. Michaelis diversis vallatus artificibus accessit, qui omnes variis in artibus pari studio ferventes, opus accelerabant. [6])

„Ab honorabili praesule Brunone et Wilhelmo abb. nova ecclesiae Divionensis fabrica est renovata. In cuius basilicae miro opere domnus praesul expensas tribuendo ac columnas marmoreas ac lapideas undecumque adducendo et vener. abbas magistros conducendo et ipsum opus dictando insudantes dignum templum construxerunt. — Coeperunt ex sua patria (Italia) multi ad abb. Willelmum convenire, aliqui litteris bene eruditi, aliqui diversorum operum magisterio docti, alii agriculturae scientia praediti. [7])

„Imperator Henricus IV. omnes sapientes ac industrios architectos fabros et cementarios aliosque opifices regni sui vel etiam de aliis regnis in opere monasterii Spirensis sumptus infinitos singulis annis expendebat. At magistri operis partim negligentes, partim etiam sua commoda sectati rem tarde promovebant." [8]).

In opere coenobii Praemonstratorum caementariorum quidam Teutonici erant, quidam Gallici, qui certatim hi ab uno latere ecclesiae, illi vero ab altero opus accelerebant. [9])

„Iohannes Abb. Gorziensis magistris artium diversarum undecunque deductis primum claustrum muro in modum castri undique circumscripsit." [10])

„Seniores terrae cum vidissent numerum fratrum (in monasterio Viconiensi) amplištum

---

1) Vita Meinwerci ap. Pertz SS. XI. p. 112.
2) Erhard, Reg. hist. Westf. I. p. p. 125.
3) Vita Meinwerci ap. Pertz SS. XI. p. 139.
4) Martène et Durand, thes. anecd. III. p. 790.
5) Vita S. Richardi Abb. S. Vitoni Verdun. ap. Pertz SS. XI. p. 283.
6) Vita Annonis ap. Pertz SS. XI. p. 476.
7) Mabillon Acta SS. O. S. B. VIII. p. 327. — D'Achery Spicil. II. p. 383.
8) Vita Ottonis ep. Babenbergens. ap. Pertz SS. XII. p. 150
9) Vita S. Norberti ap. Pertz SS. XII. p. 685.
10) Vita Iohannis Gorziensis. ap. Pertz IV. p. 362.

ae diversorium valde angustum, hertati sunt abbatem oratorium lapideum construere, suum ei spondentes auxilium artificibus conducendis atque pascendis, ceterisque necessariis non defore." [1])

Tantum abest nt laici ab operibus construendis excluderentur, ut de enerosis servitiis quae illis clerici imponebant, quererentur. „Sub episcope Heriberto Eichstettensi (a. 1020), narrat Anenymus Haserensis c. 29., primitus apnd nes coepit veterum aedificiorum deiectio et neverum aedificatie. Antecessores eius imis et medioeribus aedificiis contenti erant, magnamqne in biis abundantiam habere volebant. Iste vero episcopus et omnes successores eius aut novas ecclesias aut nova palatia aut etiam castella aedificabant et hoc iugiter eperando populum sibi serviturum ultima paupertate attenuabant. Nam nniversum paene tempus stereerationis arationis totiusque agriculturae dum selis lapidibus componendis iugiter impenditur et tamen debitum servitium summa severitate exigitur, prier habundantia ad inopiam et summa laeticia quae sub prieribus episcopis erat, ad maximam reducta est tristitiam." [2])

In Italia artes cadem conditione a laicis excultas fuisse, quam plurimis testimoniis probari potest.

Azze abbas monasterii in pago Marsorum prope lacum Fucinum conductis artificibus ecclesiam (a. 1017) restauravit. [3])

Desiderius abbas Casinensis a. 1066 condnetis peritissimis artificibus tam Amalfitanis quam Lombardis basilicae incepit fabricam. „Legatos Constantinepolim ad lecandos artifices destinat peritos ntique in arte musivaria et quadrataria. Et quoniam artium istarum ingenium a quingentis et ultra iam annis magistra Latinitas intermiserat, ne sane id ultra Italiae deperiret, studuit vir totius prudentiae pleresque monasterii pueros eisdem artibus erudiri. Non antem de his tantum sed et de omnibus artificiis quaecumque ex auro, argento, aere, ferre, vitro, ebore ligno, gipso vel lapide patrari pessunt, studiesissimos prersus artifices de snis sibi paravit." [4])
Errat quidem scriptor, artes in Italia per quinque saecula prorsus neglectas fuisse asserens primaque medii aevi tempora humanerum studiorum edio solo plena describens — praeludit Lee Ostiensis his verbis epinioni, quae artium renascentium aetate praevaluit —, cum Romae e. g. picturae musivariae saeculo decime exaratae exstent, Anastasius Bibliothecarius de paparum artium eolendarum fervore tempore Karoli Magni eiusque successorum firmissima adferat testimonia. Mendax tamen vix habebitur. In monasterio Montis Casinensis artes in oblivionem venerunt, monachi artium notienem perdiderunt, sed per totam Italiam artes neglectas fuisse Lee Ostiensis falso existimat. Rationem aversae clericorum ab artibus colendis mentis Ratherius fortasse indicat, qui in libro de contemptu canonum [5]) ait: „Quaerat et aliquis, cur prae caeteris gentibus baptismo renatis contemptores canonicae legis et vilipensores cleri sint magis Itali. Hoc fateor causa superius relata. Quoniam qnidem libidinesieres eos et pigmentorum venerem nutrientium freqnentior usus et vini continua potatio et negligentior disciplina facit doctorum."

Post Desiderii mortem artium conditionem mntatam non esse, testatur Otto Frisingensis qui magnopere miratur, in Italia inferioris conditionis iuvenes, vel quoslibet contemptibilium etiam mechanicarum artium opifices, quos ceterae gentes ab henestieribus et liberieribus

1) Martène et Durand Monum. VI. p. 288.
2) Pertz SS. VII. p. 253—267.
3) Leo Ostiensis, Chron. M. Casin. op. Pertz VII. p. 650.
4) ibid. l. III. cap. 27—29.
5) D'Achery Spicil. I. p. 354.

studiis tamquam pestem propellunt, ad militiae cingulum vel dignitatum gradus assumi.[1]) Convenit Italiae et Germaniae in ea re, quod artificibus laicis utuntur, discrepant quod artifices in Italia magni aestimantur amplioribusque ordinibus adnumerantur, in Germania servis adscribuntur. Diversum rerum statum optimo denotat, quod in Annalibus Palidensibus de inventute Gregorii VII. papae legimus et quod contractu quodam precariae inter Eberhardum archiep. Trevirensem et comitem Waldramum de Arlo a. 1052 docemur.

„Fuit, narrant annales Palidenses[2]), Romae quidam architectus, habens invenem puerum; laborante autem architecto in opere suo, puer ludens in modum litterarum hastulas composuit hoc modo: Dominabor a mari usque ad mare. Adveniens igitur quidam presbiter legit, quod puer composuerat ex hastulis cognoscens, hunc puerum futurum esse papam, dixit patri suo architecto; pater vero puerum erudiri fecit. Cum igitur puer crevisset, pervenit ad curiam cesaris et dilectus est a notariis." Contractus precariae[3]) audit: Villas et ad eas pertinentia cum omni integritate et utilitate, quali nos ad nostros possedimus usus, exceptis servientibus nec non venatoribus, piscatoribus, fabris, caementariis, architectis sive latomis nostris eorumque beneficiis Walramo de Arlo et uxori ipsius in precariam didimus."

Filius architecti Italici in aulam imperatoris recipitur, architectus germanicus servientibus adnumeratur!

Denique nonnullis documentis, quae laicorum artem etiam saeculo XII usitatissimam fuisse demonstrant, series testimoniorum ad finem perducatur.

Abbas Sugerus (a. 1140) valvas principales ecclesiae S. Dionysii accitis fusoribus et electis sculptoribus multis expensis erexit. Vitrearum novarum praeclaram varietatem magistrorum multorum de diversis nationibus manu exquisita depingi fecit.[4]) „Caementariorum," alio loco scribit[5]), „latomorum, sculptorum et aliorum operariorum solers succedebat frequentia."

„Thomas abbas monasterii Maurigniacensis divina praedicatione populo sibi conciliato confraternitatem instituit, per quam et pars ecclesiae cooperta et vitrea illa magna quae in fronte navis ecclesiae habetur, inter cetera facta fuit."[6])

„Bernardus in loco silvestri qui Tyron dicitur coenobium in hon. S. Salvatoris construxit. Illuc multitudo fidelium utriusque ordinis abunde confluxit et praedictus pater singulas artes quas noverant legitimas in monasterio exercere praecepit unde libenter convenerunt ad eum tam fabri lignarii quam ferrarii, sculptores et aurifabri, pictores et caementarii, vinitores et agricolae multorumque officiorum artifices peritissimi."[7])

Si miraris, artifices cuiuscunque generis materiae ad monasteria adfluxisse, audi, quae Gilbertus poeta in carmine de superfluitate clericorum, monachorum luxuriam flagellaturus canit[8]):

Aspice sublimia culmina domorum
Aequa sunt palatiis regum antiquorum
Nec solum sublimitas sufficit murorum
Variorum pingitur specie colorum.

1) Otto Frisingensis, De gestis Friderici Imper. l. II. c. 13. ap. Muratori SS. III.
2) Pertz SS. XVI. p. 69.
3) Hontheim, hist. Trevir. I. p. 293. No. CCL.
4) Sugeri abb. liber de rebus in administratione sua gestis ap. Duchesne SS. IV. p. 342, 348.
5) Sugeri liber de consecratione eccl. S. Dionysii ap. Duchesne IV. p. 352.
6) Duchesne SS. IV. p. 363.
7) Orderic. Vitalis l. VIII. ap. Duchesne SS. rerum normanic. p. 715.
8) Gilleberti Carmina ex codice saec. II. edidit. Tross, Hammone 1849. p. 9.

Columnis marmereis domus susteutatur
Et cortinis variis aula decoratur
Vel, qued magis allicit, murus picturatur
Et res gesta principum oculis menstratur.
Velamen superius sic compaginatur
Vario sic lapide tellus adernatur
Ut, quecumque radius oculi feratur
Semper spectet aliquid, uude iucundatur.

Menasteria medii aevi simili modo ut aulae priucipum temporibus recentioribus amplissimam vires exercendi, opera fabricandi artificibus occasieuem praebuerunt, abbates, clerici, monachi nutriverunt artifices, uullo mode autem more solito coluerunt artes. Artes technicas si monachi et clerici exercuisseut, certe poetae medii aevi ubi artificem describuut, illum sub imagine clerici finxisseut. Advocabis fortasse memoriam Virgilii fusoris statuarum mirabilium iu capitolio, de que in libro „Kaiserchronik" adpellato legitur: „Bi den Zlten was ein pfaffe ze Rome, der machte von listen schellen und machte au iechlich schelleu eines landes namen die sie betwungeu heten." [1]) Virgilius autem nen propter artium technicarum peritiam, sed quia artibus magicis addictus erat, clericus desiguatur, ut in poemate Parzival [2]) audit: „ein pfaffe der wel Zauber las." Accuratiorem de artificibus medii aevi, eorum indele, meribusque uotitiam iucerti auctoris saec. XII. de vita S. Oswaldi [3]) carmini debemus. Sanctus Oswaldus e Warmundi consilie corvum ad regem ethnicorum Aarenem ut filiam speusam roget mittit, antea illum coreua et deauratis alis ernari iubet. Camerarius aurificem adferre mandatur:

dô er in die stat was kemen
als wir ez sîder habeu vernomen
an der selbeu stuude
einen meister er an sehen begunde;
dô vant er vor ciuer smitteu stân
einen geltsmit; der was ein künste rîcher man.[4])

S. Oswalde, postquam iu terram ethnicorum uave pervenit a Pamige filia consilium datur, ut cum duedecim militibus aurifices qui „varn durch diu lant nâch ir site" [5]) simulet. Deleuti, uullos ex Anglia adduxisse aurifices, duodecim milites obviam veniuut diceutes:

unser sint hie zwelf juuger man
zwâr wir sin alle goltsmide uud euch goutes rîch
daz geleubet uus, edeler vürste lobelîch
wir siu ze ritaereu werden,
uû geleubet uns daz, edeler vürste hôchgeborn
do iu der reise wart erdâht.
wir hân unsern werczíue mit uus her brâht;
eb wir kameu iu vremdiu lant
also redeten sie alle samt .

1) Massmann, Kaiserchronik III. p. 61, 433.
2) 66, 4.
3) Sant Oswaldes Leben. Ein Gedicht aus dem zwölften Jahrh. herausgeg. v. Ettmüller.
4) v. 481. sqq. p. 17. c. v. 1385.
5) v. 2020. p. 67.

ob wir ze nocten müesten komen
und uns diu habe würde benomen
möhtz denn anders niht enwesen
sô trût wir mit der arbeit wol genesen.[1])

Aaroni dum strepitum operantium aurificum audit, causamque quaerit, respondetur:

zwar ez sint alsamt goltsmide
und varnt in fremdiu lant nâch ir site.[2])

Haec artificum vagandi consuetudo et itinerandi cupido optime convenit omnibus quae de artificibus medii aevi e chronicis nota habemus. Nunc intelligimus, quomodo aurifex anglus in monasterium Montis Casinensis pervenerit, quem fulmine ictum narrat Leo Ostiensis[3]), qua ratione vasa saxonica, opera anglica, teutonica in diversissimis locis accumulentur, quo modo denique semper suo tempore artifices, ubi illis opus est, adsint. Tales autem homines nullis aliis studiis quam artibus exercendis incubuisse persuasùm habemus.

Restat, ut quae inscriptionibus, chartis et chronicis de statu artificum medii aevi imprimis saeculorum XI et XII edocti sumus, breviter colligamus. Artifices laici nulli aetati defuerunt, ab illis artes exerceri nullo modo moribus medii aevi contrarium fuit, imo plurima per eos et maxima cuiuscunque artium generis opera fabricata sunt. Monachi et clerici singuli quidem diversa artium genera colebant, sed neque numerosiores artificibus laicis fuerunt neque in operibus propriam monasticae indolis speciem prae se tulerunt. Partes quas clerici in artibus colendis gesserunt, optime secundum nostram opinionem his chronicorum verbis describuntur: „Disponuntur pro arbitrio abbatis officinae“[4]); „Consilio tam architectorum et aliorum artificum, quam prudentium virorum in monasteriorum dimensionibus expertorum coenobia construuntur“;[5]) „abbas certus in ordinandis picturis vel texturis allegoricarum materiarum tam veteris quam novi testamenti singulari pollebat ingenio.“[6]) Disponere, ordinare, vota et iussa edere, doctrina sua artificum ingenium iuvare clericorum fuit, quorum vera et praecipua industria rite in vetere hymno de fundatoribus coenobiorum definitur:

Fundans in Christo plurima
Monachorum coenobia
Muros erexit coelitus
Vivis utens lapidibus.

---

1) v. 2046 sqq. p. 68.
2) v. 2135 p. 71. cf. v. 2204. p. 74.
3) Chron. Mont. Casin. ap. Pertz. VII. p. 712.
4) Mon. Boica VII. p. 31.
5) Trithemii Chron. monast. Hirsaugiensis ad. a. 1059.
6) Martène et Durand thes. anecd. IV. p. 1087.

Bonnae, formis Caroli Georgi.